

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**De M. Valerio Probo Berytio**

**Aistermann, Josef**

**Bonnae, 1910**

Fragmenta B. Ad grammaticam

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-3032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-3032)

sero cognouit et Senecam, sed non ut caperetur eius ingenio. usus est apud Cornutum duorum conuictu doctissimorum et sanctissimorum uirorum acriter tunc philosophantium, Claudi Agathurni medici Lacedaemonii et Petroni Aristocratis Magnetis, quos unice miratus est et aemulatus, cum aequales essent

Cornuti, minor eis ipse. idem decem fere annis summe dilectus a Paeto Thrasea est, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam eius Arriam uxorem habente.

fuit morum lenissimorum, uerecundiae uirginalis, formae pulchrae, pietatis erga matrem et sororem et amitam exemplo sufficientis. fuit frugi pudicus. reliquit circa HS uicies matri et sorori scriptis tantum ad matrem codicillis. Cornuto rogauit ut daret sestertia, ut quidam dicunt C, ut alii, L et argenti facti pondo uiginti et libros circa septingentos Chryssippi siue bybliotheecam suam omnem. uerum a Cornuto sublatis libris pecunia sororibus, quas heredes frater fecerat, relicta est.

scriptitauit et raro et tarde. hunc ipsum librum imperfectum reliquit. uersus aliqui dempti sunt ultimo libro, ut quasi finitus esset. leuiter conrexit Cornutus et Caesio Basso petenti ut ipse ederet, tradidit edendum. scripserat in pueritia Flaccus etiam praetextam et hodoeporicon librum unum et paucos in socrum Thraseae in Arriam matrem uersus, quae se ante uirum occiderat. omnia ea auctor fuit Cornutus matri eius ut aboleret. editum librum continuo mirari homines et diripere coeperunt. decessit autem uitio stomachi anno aetatis XXIX.

[[sed mox]] ut a schola magistrisque deuertit, lecto Lucili libro decimo uehementer saturas componere studuit [[cuius libri principium imitatus est]] sibi primo, mox omnibus detrectaturus cum tanta recentium poetarum et oratorum insecratione, ut etiam Neronem principem [[illius temporis]] inculpauerit. cuius uersus in Neronem cum ita se haberet 'auriculas asini Mida rex habet' in eum modum a Cornuto ipso tantum nomine mutato est emendatus 'auriculas asini quis non habet?' ne hoc in se Nero dictum arbitraretur.]

6 minor eis ipse *Vahlen* minores ipse *libri* 22 et necio et operio *Bernensis*, uescio et opericon *plurimi libri*, et *ὀδοπορικῶν Pithoeus*, oschophoricon *coniecit Buecheler* 22 in soerum *Casaubonus* sororum *libri* 27 sed mox — 35 arbitraretur *seclusi*, uide p. 47 28 cuius libri principium imitatus est *seclusit Marx* 31 illius temporis *seclusi* 34 ipso tantum nomine mutato est *Buecheler* ipse tantum modo est *libri*

## B. AD GRAMMATICAM

### I. DE ORTHOGRAPHIA DE MENSURA SYLLABARVM DE ACCENTV

54. (STEVV) SERVIVS (auct.) ad Aen. I 1 = fr. 11.  
p. 180)

XXXIV. QVINTILIANVS inst. or. I 4, 10: atque etiam in ipsis uocalibus grammatici est uidere, an aliquas pro consonantibus

GELLIVS VI 7:

An 'affatim' quasi 'admodum' prima acuta pronuntiandum sit; et quaedam  
itidem non incuriose tractata super aliarum uocum accentibus.

55. (STEVV  
p. 132)

Annianus poeta praeter ingenii amoenitates litterarum quoque<sup>1</sup>  
ueterum et rationum in litteris oppido quam peritus fuit et  
sermocinabatur mira quadam et scita suauitate. Is 'affatim'  
ut 'admodum' prima acuta, non media, pronuntiabat atque ita  
ueteres locutos censebat. Itaque se audiente Probum gram-<sup>5</sup>  
maticum hos uersus in Plauti Cistellaria (231) legisse dicit:  
Pótine tu homo fácinus facere strénum? Aliorum áffatim est  
Quí faciant; sane égo me nolo fórtem perhiberí uirum,  
causamque esse huic accentui dicebat quod 'affatim' non  
essent duae partes orationis, sed utraque pars in unam uocem<sup>10</sup>  
coaluisset, sicuti in eo quoque quod 'exaduersum' dicimus,  
secundam syllabam debere acui existimabat, quoniam una,  
non duae essent partes orationis; atque ita oportere apud  
Terentium legi dicebat in his uersibus (Phorm. 88):

In quo háec discebat lúdo exaduersúm loco  
Tostrína erat quaedam.

15

Addebat etiam, quod 'ad' praenerbium tum ferme acueretur,  
cum significaret ἐπίτασιν, quam 'intentionem' nos dicimus, sicut  
'adfabre' et 'admodum' et 'adprobe' dicuntur.

8 nolo] nolo *codd. recent.* 15 dicebat *V(atic.)* ||. Exaduersum *VP(aris.)* ex-  
aduerso *Ter. Bemb. cum paucis al.* || ilico *Ter. Bemb.* ei loco *codd. Ter. plerique*  
in loco *eiusd. Victorianus m. pr.* 16 tonstrina *codd. recentiores et Terent. codd.*

usus acceperit, quia 'iam' sicut 'tam' scribitur et 'uos' ut 'cos'.  
at quae ut uocales iunguntur, aut unam longam faciunt, ut  
ueteres scripserunt qui geminatione earum uelut apice ute-  
bantur, aut duas: nisi quis putat etiam ex tribus uocalibus  
syllabam fieri, si non aliquae officio consonantium fangantur.<sup>5</sup>  
quaeret hoc etiam, quo modo duabus demum uocalibus in se  
ipsas coeundi natura sit, cum consonantium nulla nisi alteram  
frangat. atqui littera i sibi insidit — 'coniicit' enim est ab illo  
'iacit' — et u, quo modo nunc scribitur 'uulgus' et 'seruus.' sciat  
etiam Ciceroni placuisse 'aiio Maiiamque' geminata i scribere:<sup>10</sup>  
quod si est, etiam iungetur ut consonans. (p. 87 sqq.)

1 uos *scripsi quos libri; cf. p. 88 sqq.*

VELIVS LONGVS GL VII 54, 16 K: et in plerisque Cicero  
uidetur auditu emensus scriptionem, qui et Aiiacem et Maiiam  
per duo i scribenda existimauit: quidam unum esse animad-  
uertunt, siquidem potest et per unum i enuntiari, ut scriptum  
est. unde illud (quod) pressius et plenius sonet per duo i scribi<sup>5</sup>  
oportere existimat, sic et Troiiam et si qua talia sunt. (p. 97)

XXXV.

3 quidam *Keil*, quoniam *cod. Parrhasii et ed. pr.* 5 quod *suppl. Keil.*

GELLIVS IV 17:

De natura quarundam particularum quae praepositae uerbis intendi atque  
produci barbare et inscite uidentur, exemplis rationibusque plusculis dis-  
ceptatum. (p. 96)

XXXVI.

56. (STEVV GELLIVS IV 7:

p. 132) De epistula Valerii Probi grammatici ad Marcellum scripta super

accentu nominum quorundam Poenicorum.

<sup>1</sup> Valerius Probus grammaticus inter suam aetatem praestanti scientia fuit. Is 'Hannibalem' et 'Hasdrubalem' et 'Hamilcarem' ita pronuntiabat, ut paenultimam circumflecteret, teste epistula eius scripta ad Marcellum, in qua Plautum (*fr. f. inc.*

<sup>5</sup> XLII G) et Ennium multosque alios ueteres eo modo pronuntiasse affirmat, solius tamen Ennii uersum unum ponit ex libro qui Scipio inscribitur. Eum uersum quadrato numero factum subiecimus, in quo, nisi tertia syllaba de Hannibalis nomine circumflexe promatur, numerus clausurus est. Versus

<sup>10</sup> Ennii quem dixit, ita est (*p. 214 V*):

Si qua propter Hannibalis cópias considerat.

(*lemm.*) super accentu] *recent.* sup̄ centū V supra centum P 3 teste Gronouius ut est VPR (= *cod. acad. Lugd., Bat., Gron.*) et *recent. nonnull.* ut et est *recent.* 9 circumflexa *recent.* || ponetur *recent.* 11 Si qua Buecheler *Rh. M. 20, 486*: Qua VPR *recent.* qui *edd. ueteres* || considerat P *excerpt. Scioppii et codd. recent.* considerant VR *edd. uet.*

57. (109)

SERVIVS ad Aen. III 3: HVMO FVMAT NEPTVNIA TROIA . . . sane quaeritur quo modo dixerit 'cecidit' et 'fumat'. sed aut per licentiam poeticae tempus pro tempore posuit ut (*II 12*) 'meminisse horret luctuque refugit': aut certe

<sup>5</sup> naturam rerum expressit; nam ruina in breui fit, fumus uero longo permanet tempore. nam quod ait Probus, ad discernendum tempus circumflectendam ultimam syllabam, ut intellegamus 'fumauit' non procedit, quia 'pone' tantum [uerbum] in ultima habet accentum, ut significet 'retro'.

6 tempore] aut certe, quod melius est, fumat non est praesens tempus, sed praeteritum per sincopam prolatum pro fumauit. quod apud Latinos non solum in secunda singulari et plurali tertiaque plurali sincopam patitur, ut fumasti pro fumauisti et fumastis pro fumauistis, fumarunt pro fumauerunt, sed etiam est quando in tertia singulari, ut fumat pro fumauit. quod cum sit accentus penultimae inultima *add. E* (= *Monac. 18 059*) *expunxit corrector.* || nam quod . . . retro *om. Floriac.* 8 uerbum *seclisit Thilo* 9 in ultima habet accentum] dat accentum ultimae syllabae M (*Monac. 6894*) E.

XXXVII. GELLIVS II 17:

Cuiusmodi esse naturam quarundam praepositionum M. Cicero animaduertit; disceptatumque ibi super eo ipso quod Cicero obseruauerat (*p. 135*).

XXXVIII. DONAT. ad Adolph. III 3, 11 = fr. XXIII.

XXXIX. DIOMED. GL I 372, 6 K: conperio conperii, conpereio conperii. sed accentu discernitur sensus. acuto enim accentu profertur, quotiens pro eo accipitur quod est rescii: conpereram enim facit. conperii uero circumflexo accentu declinatur, quotiens <sup>5</sup> pro eo accipitur quod est cum alio perii. conperieram enim facit. praeterea de accentus in significationibus ui conferas Diomed. GL I 434, 1 seqq. K et Donat. GL IV 372 seqq. K.

2 proferatur *corr.* profertur B (*Paris. 7493*). 3 conpereram B conperiram M (*onac.*) cūperam A (= *Paris. 7494*) 4 conperii uero BM conperi uero A 5 conperieram B cumperieram A conperiram M.

II. DE ORIGINATIONE VERBORUM DE SIGNIFICATIONE  
DE ASPIRATIONE

DONAT. ad Hec. prol. I 2<sub>3</sub> = fr. 51.

58. (STEVV  
p. 98)

GELLIVS XV 30, 3: Nam cum quaereretur 'petorritum' quali forma uehiculum cuiatisque linguae uocabulum esset, et faciem uehiculi ementitus est longe alienam falsamque et uocabulum Graecum esse dixit atque adsignificare uolucres rotas interpretatus est, commutataque una littera 'petorritum' esse dictum uolebat quasi 'petorrotum'; scriptum etiam hoc esse a Valerio Probo contendit. Ego, cum Probi multos admodum commentationum libros adquisierim, neque scriptum in his inueni nec usquam alioqui Probum scripsisse credo: 'petorritum' enim est non ex Graecia dimidiatum, sed totum ortum trans Alpibus; nam est uox Gallica.

59. (193)

4 adsignificare Gronouius Lion ad significare X (*Voss. minor*) O (= *cod. Christinae in Vat.*) IIN significare Q. 7 \* \* pbi X 8 commentationum N commentariorum N m. 2 in mg., excerpta Sciopii 11 ortum *suppl. H. J. Müller*

PRISCIAN. GL II 236, 11 K: . . . et a puero composita Publipor Publiporis et Marcipor Marciporis (sic Probus; ita enim antiqui pro 'Publii puer' et 'Marci puer' dicebant,) quae o non producunt in obliquis casibus: 'unus constitit in agro Lucano gnarus loci, nomine Publipor'. Sallustius in III<sup>5</sup> historiarum (III 99 *Maur.*) hoc protulit.

60. (185)

1 puplipor pupliporis G (*Sangall.*) L (*Lugd. Bat.*) K (*Caroliruh.*) 3 puplii GLK 4 unus — Publipor *post* Sallustius — protulit collocant B (*amberg.*) H (*alberstad.*) || consistit K 5 puplipor GZ || III] II GK.

DIOMEDES GL I 364, 28 K: manduco manducaui; proprie autem est quod Graeci dicunt *μασσωμαι*, hoc est identidem mando, ideoque Probus negat recte dici piscem uel aliud tenerum quid manduco, sed potius edo quod significat *εσθιω*. manducatur autem quod dentibus reluctatur. nam cum dicam edo, quid faciam ostendo, cum uero manduco, non tantum quid faciam ostendo sed et qualiter faciam. ueteres tamen et in edendi significatione manduco dixere.

61. (191)

2 massume ABM || idemtidem BM edentidem A 4 esthio ABM 5 denti aut A denti haud B denti haut *deleto u. haut M.*

GELLIVS VI 10:

(Ut) 'ususcapio' copulate recto uocabuli casu dicitur, ita 'pignoriscapio' coniuncte eadem uocabuli forma dictum esse. (*p. 135.*)

XL.

DONAT. Andr. V 2, 14: (Catus) ardens *παρὰ τὸ κάειν* unde Cato dictus: ingeniorum etenim igneus uigor est. (*cf. frgm. 58.*)

XLI.

QVINTIL. inst. orat. I 4, 26: gentes quoque ac loca et alia multa reperias inter nominum causas. in seruis iam intercidit illud genus quod ducebatur a domino, unde Marcipores Publiporesque.' (*cf. frgm. 60.*)

XLII.

62. (STEV P. 195) CHARISIVS GL I 198, 12 K: 'Efflictim' Naeuius in Corollaria (p. 13 R<sup>3</sup>):
- nolo ego  
hanc adeo efflictim amare: diu uiuat uolo,  
ut mihi prodesse possit;  
ubi Probus: 'usque donicum effligatur'.
63. (111) SERUIVS ad buc. VI 76 = fr. 3.
- 
- XLIII. CHARISIVS GL I 212, 9 K: 'Praefiscini'. Titinius in Setina (p. 176 R<sup>3</sup>):
- Paula mea, amabo. Pol tu ad laudem addito  
praefiscini,  
'ne puella fascinetur' (p. 142; p. 50 adn.).
- XLIV. SERUIVS (auct.) ad georg. I 180: NEV PVLVERE VICTA F. hypallage est pro 'ne uicta fatiscat in puluerem' id est dissoluatur. 'fatiscat' autem significat 'adfatum hiscat'. (p. 50 adn.)
- XLV. PRISCIAN. GL II 398, 10 K: dicitur tamen et liquor liqueris prima syllaba producta quae in superioribus corripitur. idem in I georgicon (43):
- Vere nouo gelidus canis cum montibus umor  
Liquitur  
pro 'pedetemptim dissoluitur' (p. 50 adn.; et cf. frgm. XLIV).
- XLVI. GELLIVS II 6  
Quibus uerbis ignauiter et abiecte Vergilius usus esse dicatur et quid his qui improbe id dicunt, respondeatur. (p. 127.)
- XLVII. GELLIVS IX 12  
De uerbis quae in utramque partem significatione aduersa et reciproca dicuntur. (p. 139.)
- XLVIII. DONAT. Andr. I 1, 28<sub>3</sub>: PLERIQUE OMNES F. ἀρχαῖσμός est. nam errat qui plerique παρέλκον intellegit aut qui subdistinguit 'plerique' et sic infert 'omnes'. hoc enim pro una parte orationis dixerunt ueteres eodem modo quo Graeci πάμπολλα et Latini 'plus satis' (Eun. 85). Naeuius in bello punico (libr. inc. fr. 52 p. 50 Baehr.) 'plerique omnes subiguntur sub unum iudicium'. (p. 139.)
- XLIX. GELLIVS VIII 12  
Quid significet in ueterum libris scriptum 'plerique omnes'; et quod ea uerba accepta a Graecis uidentur. (p. 139.)
- L. GELLIVS XIII 25  
Quaesitum tractatumque quid sint 'manubiae'; atque inibi dicta quaedam de ratione utendi uerbis pluribus idem significantibus. (p. 143.)
- LI. GELLIVS VII 16  
Verbum 'deprecor' a poeta Catullo inusitate quidem, sed apte positum et proprie; deque ratione eius uerbi exemplisque ueterum scriptorum. (p. 138.)

- ALDHELMI de re grammatica et metrica (A. Mai classic. auct. tom. V. Romae 1833 p. 538): 'Liquor si nomen tertiae fuerit declinationis, pyrrhichius est, ut Arator (*act. ap. II 59, Migne 68, 179*) 'de rore dapes de caute liquores' Et infra (62) 'aereusque liquor solidis induruit escis'. Nam si liquor uerbum fuerit tertiae coniugationis uel tertij ordinis, ut Valerio grammatico uocare libuit, trochaeus; ut Vergilius in georgicis (*I 43*) 'canis cum montibus humor liquitur et zephyro putris se gleba resoluit'. (*cf. p. 56.*)
- SERVIVS ad georg. I 277 = fr. 6. 64. (STEV P. 183)

III. DE EA QVAE DICITUR *ἐρῶνία*

- GELLIVS XIII 21, 1: Interrogatus est Probus Valerius, quod ex familiari eius quodam conperi, 'has'ne 'urbis' an 'has urbes', et 'hanc turrim' an 'hanc turem' dici oporteret. 'Si aut uersum' inquit 'pangis aut orationem solutam struis atque ea tibi uerba dicenda sunt, non finitiones illas praerancidas neque fetutinas grammaticas spectaueris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere; quod illa suaserit,
66. (194)

- SERVIVS ad Aen. III 28: LIQVVNTVR 'li' in uerbo producitur, ut hoc loco, itemque (*georg. I 43*) 'canis cum montibus umor liquitur': in nomine uero breuis est ut 'liquor'. (*cf. frgm. 64.*)
- 2 item — liquitur *om. F.* LII.

- SERVIVS ad georg. I 44: LIQVITVR liquor cum nomen est li breuis est. cum ad uerbum uenerit, producitur, ut liquor liqueris liquitur; nam mutauit naturam: sicut homo hūmus u breuis est, hūmanus producitur; item itur i producitur, iturus corripitur. liquitur autem: defluit, resoluitur. (*cf. frgm. 62; 64; XLIV; XLV.*) LIII.

- SERVIVS ad Aen. I 668: odium autem ð in nomine breue est, in uerbo longum, ut odi, quemadmodum liquor li breuis est, liquitur longa. (*cf. frgm. 64.*) LIV.

- GELLIVS II 3  
Qua ratione uerbis quibusdam uocabulisque ueteres immiserint h litterae spiritum'. (*cf. p. 127.*) LV.

- TERENTIVS SCAVR. GL VII 19, 14 K: '(peccant) item qui reprehensus cum aspiratione scribunt, cum eam prima positio non habeat, et similiter uehemens, cum a ui mentis dicatur. quam quidam putant adiciendam, quoniam (ue)hi non aliud putant esse quam (ui) alterius ferri, cum hoc uerbo sine dubitatione aspiretur. (*cf. p. 104.*) LVI.

4 uehi scripsi, hii uel .i. libri 5 quam ui alterius ferri scripsi, quam alterius ferri libri; *cf. p. 104.*

- GELLIVS XIII 21, 10: Nos autem aliud quoque postea consimiliter a Vergilio duplici modo scriptum inuenimus. Nam et 'tres' et 'tris' posuit eodem in loco ea iudicii subtilitate, ut si aliter dixeris mutauerisque et aliquid tamen auris habeas,
- LVII.

id profecto erit rectissimum.' Tum is qui quaesierat: 'quonam modo' inquit 'uis aurem meam interrogem?' Et Probum ait respondisse: 'Quo suam Vergilius percontatus est qui diuersis in locis urbis et urbes dixit arbitrio consilioque usus auris.

sentias suauitatem sonitus claudere. Versus ex decimo (350) hi sunt:

Tres quoque Threicios Boreae de gente suprema  
Et tris quos Idas pater et patria Ismara mittit.

<sup>5</sup> 'Tres' illic, 'tris' hic; pensicula utrumque modulareque: reperies suo quidque in loco sonare aptissime. Sed in illo quoque itidem Vergilii uersu (*Aen. II 554*):

Haec finis Priami fatorum,

si mutes 'haec' et 'hic finis' dicas, durum atque absonum erit  
<sup>10</sup> respaueris aures quod mutaueris. Sicut illud contra eiusdem Vergilii (*Aen. I 241*) insuauius facias, si mutes:

Quem das finem, rex magne, laborum?

Nam si ita dicas: 'quam das finem' iniucundum nescio quo pacto et laxiorem uocis sonum feceris.

<sup>15</sup> Ennius item 'rectos cupressos' dixit contra receptum uocabuli genus hoc uersu (*p. 89 V*):

Capitibus nutantis pinos rectosque cupressos.

Firmior ei, credo, et uiridior sonus esse uocis uisus est, 'rectos' dicere cupressos quam 'rectas'. Contra uero idem Ennius in  
<sup>20</sup> annali duodeuicesimo (*p. 82 V*) 'aere fulua' dixit, non 'fuluo', non ob id solum quod Homerus (*Y 446, O 6*) 'ἤερα βαθεῖαν' dicit, sed quod hic sonus, opinor, uocabilius uisus et amoenior. Sicuti Marco etiam Ciceroni mollius teretiusque uisum, in quinta in Verrem (*V 66, 169*) 'fretu' scribere quam 'freto':

<sup>25</sup> 'Perangusto', inquit, 'fretu diuisa.' Erat enim crassius iam uetustiusque 'perangusto fretu' dicere. Itidem in secunda (*II 78, 191*) simili usus modulamine 'manifesto peccatu' inquit, non 'peccato'; hoc enim scriptum in uno atque altero antiquissimae fidei libro Tironiano repperi. Verba sunt Ciceronis haec:

<sup>30</sup> 'Nemo ita uiuebat, ut nulla eius uitae pars summae turpitudinis esset expers, nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, ut, cum impudens fuisset in facto, tum impudentior uideretur, si negaret.' Huius autem uocis cum elegantior hoc in loco sonus est, tum ratio certa et probata est. 'Hic' enim 'peccatus' quasi  
<sup>35</sup> 'peccatio' recte Latineque dicitur, sicut 'hic incestus' non qui admisit, sed quod admissum est, et 'hic tributus' quod 'tributum' nos dicimus, a plerisque ueterum dicta sunt. 'Hic' quoque 'adlegatus' et 'hic arbitratus' pro ('adlegatione' proque) 'arbitratione' dicuntur, qua ratione seruata 'arbitratu' et 'adlegatu meo' dicimus. Sic igitur 'in manifesto peccatu' dixit, ut 'in manifesto incestu' ueteres dixerunt, non quin Latinum

9 mutes hec & Q simul ut et *XOIN* si mutes *lut(Y)* et *ZTY* 15 preceptum *X* 32 imprudentior *Z* 38 adlegatus] = *cod. Christ. Vat. (O) m. alt. adnegatus OII*



Nam in primo georgicon quem ego' inquit 'librum manu ipsius correctum legi, 'urbis' per i litteram scripsit. Verba e uersibus eius haec sunt (*georg. I 25*):

urbisne inuisere, Caesar,  
Terrarumque uelis curam.

Verte enim et muta, ut 'urbes' dicas: insubidius nescio quid facies et pinguius. Contra in tertio Aeneidis (*106*) 'urbes' dixit per e litteram:

Centum urbes habitant magnas.

Hic item muta, ut 'urbis' dicas, nimis exilis uox erit et ex-10 sanguis; tanta quippe iuncturae differentia est in consonantia uocum proximarum. Praeterea idem Vergilius 'turrim' dixit non 'turrem' et 'securim' non 'securem' (*Aen. II 460*):

Turrim in praecipiti stantem  
et (*Aen. II 224*):

Incertam excussit ceruice securim.

Quae sunt, opinor, iucundioris gracilitatis, quam si suo utrumque loco per e litteram dicas.' At ille qui interrogauerat, 1 georgii ē Y (= *anth. Ursin.*) georgiciē Q georgicorū T (= *antholog. Gellio-Valeriana Thuaica (cod. Paris. 4952)* 2 correctum *mg. Gryph. 1537, vg.*: col(n N) lectum.

esset 'peccato' dicere, sed quia in loco isto positum subtilius ad aurem molliusque est. Lucretius aequae auribus inseruiens 'funem' feminino genere appellauit in hisce uersibus (*II 1153*):

Haut, (ut) opinor, enim mortalia saecla superne

Aurea de caelo demisit funis in arua,

cum dicere usitatius manente numero posset: 'Aureus e caelo demisit funis in arua'. Sacerdotes quoque feminas M. Cicero 'antistitas' dicit, non secundum grammaticam legem 'antistites'. Nam cum insolentias uerborum a ueteribus dictorum plerumque respueret, huius tamen uerbi in ea parte sonitu delectatus (*Verr. IV 45, 99*) 'Sacerdotes' inquit 'Cereris atque illius fani antistitae'. Usque adeo in quibusdam neque rationem uerbi neque consuetudinem, sed solam aurem secuti sunt suis uerba modulis pensitantem. 'Quod qui non sentiunt' inquit idem ipse M. Cicero, cum de numerosa et apta oratione dissereret (*or. 50, 168*) 'quas auris habeant aut quid in his hominis simile sit, nescio.'

Illud uero cum primis apud Homerum ueteres grammatici adnotauerunt, quod, cum dixisset quodam in loco (*II 583*)<sup>20</sup> *κολοιούς τε ψιράς τε*, alio in loco non 'ψηρών τε' set *ψαρών* dicit (*P 755*): *ἢ Τῶν δ' ὡς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἢ ἐ κολοιῶν*, secutus non communem, sed propriam in quoque uocis situ iucunditatem; nam si alterum in alterius loco ponas, utrumque feceris sonitu insuaue.

2 melliusq; Z 6 dimisit ZO *pr.N* || finis XO *pr.* 9 antistas Q || antistes Z 17 aures Q || similis (*post hominis et ante s*) X 23 quocunq; XN 24 alterius] altero Q.

rudis profecto et aure agresti homo: 'cur' inquit 'aliud alio in loco potius rectiusque esse dicas, non sane intellego'. Tum Probus iam commotior: 'noli' inquit 'igitur laborare utrum istorum debeas dicere, 'urbis' an 'urbes'. Nam cum id genus sis, quod uideo, ut sine iactura tua pecces, nihil perdes utrum dixeris.' His tum uerbis Probus et hac fini hominem dimisit, ut mos eius fuit erga indociles, prope inclementer.

IV. DE DECLINATIONE DE DEMINVTIVIS DE DVBIIS  
GENERIBVS

67. (STEV P. 186) PRISCIANVS GL II 237, 22 K: excipitur 'hic satur, huius saturi', unde Lucanus (*Phars. VI 117*):

saturum tamen obsidet hostem,  
quod ideo est secundae declinationis, quia facit femininum in a desinens, id est 'haec satura' — Terentius in *hecyra* (769):

Sed cum tu satura atque ebria eris, puer ut satur sit  
facito —,

quod a Probo praetermissum doctissime attendit noster praeceptor Theoctistus, omnis eloquentiae decus, cui quidquid in me sit doctrinae post deum imputo. *cf. Prob. cath. GL IV 17, 18 K.*

68. (186) PRISCIANVS GL II 241, 8 K: 'hic' et 'haec' et 'hoc inquires' quoque 'inquietis', quod quamuis in nominatiuo e correptam

- LVIII. GELLIUS VI 20:

Quod Vergilius a Nolanis ob aquam sibi non permissam sustulit e uersu 'Nolam' et posuit 'oram': atque ibi quaedam alia de iucunda consonantia litterarum. (*p. 136.*)

- LIX. SERVIUS ad Aen. XII 95: VOCATVS HASTA MEOS inuocationes et preces: nam appellatio est a uerbo, quae semper aut in 'io' exit aut in 'us'; si in 'io' exeant, tertiae sunt formae; si in 'us', quartae, ut ab eo quod est 'lego' aut  
<sup>5</sup> 'lectio' aut 'lectus' facit. sed hoc nos dicimus, quod εἰρωνότερον (fuerit): sicut nunc ab eo quod est 'uoco' 'uocatus' fecit, non 'uocationes'. (*p. 123.*)

2 appetitio F 3 si in tom H si in u F 3 sunt] eunt H 4 formae est F 5 eufonoteron AS eufonoteron R eufonoteron H eufonoten F 6 fecit] potest F 6 fuerit *suppl. Thilo* 7 uocationis AS uocatio F.

- LX. QVINTILIANI inst. or. I 5, 3—4: Vni uerbo uitium saepius quam uirtus inest. licet enim dicamus aliquod proprium, speciosum, sublime, nihil tamen horum nisi in complexu loquendi serieque contingit: laudamus enim uerba rebus bene accom-  
<sup>5</sup> modata. sola est quae notari possit uelut uocalitas quae εἰρωνία dicitur: cuius in eo dilectus est, ut inter duo quae idem significant ac tantundem ualent, quod melius sonet malis. (*p. 121.*)

6 delectus *Ambros. E 153 et Paris. 7723.*

habeat, ut Probo uidetur, in genetiuo tamen eandem producit secundum genetiuum 'quies quiētis' principalis. *cf. Prob. cath. GL IV 18, 17 K.*

PRISCIAN. GL II 241, 18 K: excipitur 'haec apes, huius apis' quia hoc solum a pede compositum, ut quibusdam uidetur, ē longam seruauit neque ulla creuit syllaba in genetiuo, quamuis et alia composita ab eo quod est 'pes' auctores producant, ut Vergilius (*Aen. IV 135*):

Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit.

idem in X (892):

Tollit se arrectum quadrupes et calcibus auras  
Verberat.

Horatius sermonum I (3, 13):

Omnia magna loquens, modo: sit mihi mensa tripes et  
Concha salis puri.

Probus tamen inter correpta haec ponit. *cf. Prob. cath. GL IV 26, 14 K.*

8 arreptum *L(ugd. Bat.)* || aures *D(= Bernens.)* 11 fit *B(amberg.)*

PRISCIAN. GL II 242, 20 K: nam 'inquiries' cuius extremam corripit dicit Probus, 'inquietis' declinatur, quod trium factum est generum, ut supra ostendimus. cuius etiam simplex in usu inuenitur trium generum. Naeuius in carmine belli Punici II (22 p. 46 *Baehr.*): 'Tamque eius mentem fortuna fecerat quietem', 5 Licinius Macer in I annali (7 p. 193 *Peter*): 'non minimo opere milites quietes uolebant esse'. Sallustius in II historiarum: (II 25 *Maur.*) 'quia corpore et lingua percitum et inquietem nomine histrionis uix sani Burbuleium appellabant.' *cf. Prob. cath. GL IV 18, 17 K.*

fecit

5 mentem furtuna fecerat quietem *L* 8 quia] qui *L* || quietem *K(Caroliruh.)*  
inquietem *m. 2.*

PRISCIAN. GL II 161, 26 K: In 'us' correptam secundae uel quartae declinationis, si sint arborum nomina, feminina sunt, propria quoque uel appellatiua Graeca 'os' in 'us' conuertentia, quae apud Graecos feminini sunt generis, ut haec cupressus, myrtus, laurus, cornus, quercus, fagus, pirus, platanus, Scyrus, Berytus, Pylus, Ilius, Arctus (appellatiua uero, ut crystallus, costus, phaselus.) alia uero omnia eiusdem terminationis supra dictarum declinationum masculina sunt, ut hic clarus, magnus, animus, uentus, somnus, lacertus, cursus, metus, sexus, quamuis Plautus etiam 'hoc sexus' neutro genere protulit in rudente (I 2, 19)

Virile sexus numquam ullum habui —  
fluctus, artus, portus, acus, unde aculeus diminutiuum teste Probo. *cf. Prob. cath. GL V 20, 28 K.*

5 laurus pyrus cornus *D* 6 Arctus *om. H(alberstadt.) G(= Sangall.) LK*  
arcus *A(miniens.)* || appellatiua — phaselus *om. R(= Paris. 7496) ADH* in  
*mg. add. d* || crystallus *co\*s* phaselus *add. h.*

69. (STEVP  
p. 186)

5

10

70. (186)

10

71.

(186)

72. (STEV P. 194) PRISCIANVS GL II 115, 12 K: haec acus, hic aculeus et praeterea anguis anguilla, unguis ungula, nubes nubilum, quae magis denominatiua sunt existimanda quam diminutiua, quippe non habent diminutiuorum significationem, sed formam tantum. praeterea panus panucula. Lucilius in VIII (298 M):

Intus modo stet rectus . . . subteminis panus.

Probus etiam ponit hoc glandium haec glandula (pars est intestinorum), ensis ensiculus ensicula, praeterea haec beta, malua, hic betaceus, maluaceus. *Haec neque in cath. neque in inst. art. leguntur.*

73. (186) PRISCIANVS GL II 259, 17 K: diminutio tamen a masculino fit 'aculeus' teste Probo, quomodo ab equo equuleus. *cf. Prob. cath. GL IV 20, 28 K.*
74. (190) PRISCIANVS GL II 169, 6 K: Sciendum tamen quod uetustissimi in multis, ut diximus, supra dictarum terminationum

LXI. [Probi] CATHOLICA GL IV 29, 16 K: tos omnia corripiuntur et Graeca sunt et secundae declinationis, ti faciunt genetiuo, Berytos Beryti, Pontos Ponti, quae poterunt Latine melius dici, si o in u mutauerint. (*cf. frgm. 71.*)

LXII. CHARISIVS GL I 188, 11 K: est ergo in loco per genetiuum, cum ex primo et secundo ordine ueniunt, ut Romae sum, Beryti sum, domi sum, secundum ueteres qui ita declinauerunt haec domus, huius domi.

LXIII. QVINTILIANI inst. or. I 5, 59: ac si reperias grammaticum ueterum amatorem, neget quidquam ex Latina ratione mutandum, quia, cum sit apud nos casus ablatiuus, quem illi non habent, parum conueniat uno casu nostro, quinque Graecis  
<sup>5</sup>uti. quin etiam laudet uirtutem eorum qui potentiolem facere linguam Latinam studebant nec alienis egere institutis fatebantur: inde 'Castorem' media syllaba producta pronuntiarunt, quia hoc omnibus nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in easdem quas 'Castor' litteras exit, et ut 'Palaemo'  
<sup>10</sup>ac 'Telamo' et 'Plato' (nam sic eum Cicero quoque appellat) dicerentur retinuerunt, quia Latinum, quod o et n litteris finiretur, non reperiabant. ne in a quidem atque s litteras exire temere masculina Graeca nomina recto casu patiebantur, ideoque et apud Caelium legimus 'Pelias cincinnatus' et apud  
<sup>15</sup>Messalam 'bene fecit Euthia' et apud Ciceronem 'Hermagora', ne miremur quod ab antiquorum plerisque 'Aenea' ut 'Anchisa' sit dictus. Nam si ut 'Maecenas Sufenas Asprenas' dicerentur, genetiuo casu non e littera, sed tis syllaba terminarentur. Inde Olympo et tyranno acutam syllabam mediam dederunt  
<sup>20</sup>quia [duabus longis sequentibus] primam breuem acui noster sermo non patitur, sic genetiuus 'Ulixi' et 'Achilli' fecit, sic alia plurima. (*p. 103.*)

<sup>20</sup> duabus longis sequentibus *del. G. Hermann.*

inueniuntur confudisse genera, nulla significationis differentia coacti, sed sola auctoritate, ut hic et haec aspergo, aluus, arcus, adeps uel adipis, charta, cardo, cinis uel ciner, ceruix, collis, crux, calx, cupressus, platanus, populus, laurus, aquila, crinis, carbasus, colus, hic et haec cassis, clunis, hic et haec † conscia,<sup>5</sup> callis, fornax, frutex, grex, frons frontis, hic et haec humus, imbrex, limus, latex — Accius (p. 257 R<sup>3</sup>):

non calida latice lautus —

lembus, linter, lepus, agnus, leo, pampinus, perdix, hic et haec palumbes, hic et haec faex, rudens ὁ πρότονος, socrus, supparus<sup>10</sup> περιώμιον et hoc supparum, senex, stirps, torris ὁ δαλός, tiaras, Tibris, amnis, torquis, trames, uesper, hi et hae uesper. in multis aliis etiam confudisse genera uetustissimi inueniuntur siue in eisdem terminationibus seu immutantes eas. neutra quoque quaedam solebant etiam masculino genere proferre<sup>15</sup> uel ex contrario: hic et hoc guttur, murmur, globus, quod etiam hoc glomus dicitur, glomeris. hic fretus etiam et dorsus, huius fretus dorsus pro fretum freti et dorsum dorsi dicebant, hic gelus pro hoc gelu. Histrum pro Hister, et Rhenum, Tanagrum, Metaurum, Iberum, Vulturum, Oceanum (hoc<sup>20</sup> tamen, quotiens flumen sequebatur, solebant facere.) iubar quoque tam masculinum quam neutrum proferebant — Ennius in annalibus (p. 102 V):

Interea fugit albus iubar Hyperionis cursum.

Caluus in epithalamio (5 p. 320 Baehr.):

25

Hesperium ante iubar quatiens.

hoc iubar dixit: si enim esset masculinum uel femininum, iubarem dixisset. hic et hoc liquor, hic et hoc papauer, hic et haec et hoc penus et hoc penum — Plautus in Pseudulo (178):

† Nisi mihi annuus penus hic ab amatoribus congeratur<sup>30</sup>

† Cras populo prostituam uos, o puellae.

Lucilius (1205 M):

Magna penus paruo spatio consumpta peribit . .

Plautus in captiuis (920):

† Dicam seni curet sibi aliud penus.

35

Caesar Strabo in oratione qua Sulpicio respondit (p. 334 Meyer<sup>2</sup>): ‘deinde propinquos nostros Messalas domo deflagrata penore uolebamus priuare.’ Afranius in Talione (p. 247 R<sup>3</sup>):

Vos quibus cordi est intra tunicam [manus] laeua, dextra  
intra penum

Erile —

hic et haec et hoc pecus — Ennius in Nemea (p. 174 V):

40

Pecudi dare uiua marito.

potest tamen figurate hoc esse prolatum, ut si dicam ‘aquila maritus’ uel ‘rex auium’ — hic et haec retis et hoc rete, hic

26 Hesperium ed. Aldina 1527, Hesperum D = Bern. H = Halberstad. L = Lugd. K = Caroliruh. R = Paris. 7496 m. 2, Vesperum R m. 1 G = Sangall.

|| quatiens R m. 2 H m. 2 L m. 2: om. R m. 1 H m. 1 L m. 1 DGK 30 plenus R || congeretur D congeritur GK 39 manus del. Neukirchius || intra] L in rell.

et hoc sexus, hic et haec et hoc specus, hic et hoc sal. Cato in II (*Orig. II 32 p. 14 Iord.*): ex sale qui apud Carthaginienses fit. Afranius in Compitalibus (*p. 199 R.<sup>3</sup>*):

ut, quicquid loquitur, sal merum est.

etiam 'hoc sale' Ennius protulit in XIII annalium (*p. 69 V*):

Caeruleum spumat sale conferta rate pulsum

Per mare.

Supra dictorum tamen nominum usus et apud Caprum et apud Probum de dubiis generibus inuenis.

75. (STEVP p. 199) CHARISIVS GL I 117, 24 K: Allecto, 'hanc Allecto' Maro: (*Aen. VII 324*) luctificam Allecto nam (*Aen. IV 383*) et nomine Dido  
 5 saepe uocaturum eiusdem schematis esse grammatici tradiderunt, non per uocatum, o Dido. Fl. tamen Caper Allecto monoptoton esse Valerium Probum putare ait [hanc Allecto].  
 3 nam] *conf. GL I 64, 16 K*: 'nam suo statu permanent et declinantur secundum Graecam definitionem'. 8 hanc Allecto *secluit Keil*.

#### V. DE COMPARATIONE

76. (195) CHARISIVS GL I 212, 7 K: Parcissime. Probus de inaequalitate consuetudinis quaerit an quis hoc extulerit, quod et ipsum credo non parcissime factum. (*uide p. 35 adn. 2.*)  
 2 q̄ an quis bus extulerit *N(= cod. Bobiens.)*.
77. (*deest*) EX CODICE AMBROSIANO L 22 (R. Sabbadini, 'Spogli Ambrosiani latini' in 'Studi ital. di filol. class. XI [1903] p. 174) f 25<sup>v</sup> (ex commento in Donat. GL IV 374, 34 K): Probus addit „satis' et 'plus' abundanter etiam comparatio iungenda“, sed qui uult puram orationem scribere, positio iungat. (*p. 139.*)

#### VI. DE VERBO

##### A. DE TEMPORIBVS VERBORVM

78. (179) EX CODICE PARISINO 7491 saec. X f. 94 (GL IV praef. p. XXIII K): sed e contrario Probus adfirmat: tempus in se nullum omnino diremptum est, cum per se in se reuoluatur et sit perpetuum unitum et indiuiduum. sed quoniam actus noster  
 5 uariatur nec idem semper est, indiuidu o tempori per metonymiam partes temporis inponere solemus, non tempus diuidentes.  
 3 reuoluatur *cod.* 5 tempore *cod.*
- 
- LXIV. GELLIVS X 21  
 Quam ob causam M. Cicero his omnino uerbis 'nouissime' et 'uouissimus' obseruantissime uti uitarit. (*p. 141.*)
- LXV. (179) DIOMEDES GL I 335, 20 K: In primis tempus per se nullum diremptum est omnino, cum per se in se reuoluatur et

etenim aut agimus aut acturi sumus. hinc quod agimus in tres portiones diuidimus et dicimus instans praeteritum futurum. instans est, quod et praesens, cum quid maxime agimus; praeteritum, cum facere desinimus et actum perficimus; futurum, cum non adhuc agere instituimus, sed acturos nos promittimus.<sup>5</sup> in praeterito duo tempora sunt artificialia. artes enim exigentibus fabulis et rebus actis saecula reperierunt. imperfectum scilicet, id est non iam perfectum, ut si aliquid agimus quod non perficientes agere desinimus, unde hoc tempus inchoatium dicitur; perfectum, hoc est cum facere desinimus<sup>10</sup> et actum perficimus, quod alii absolutium, alii infinitium dicunt; plus quam autem perfectum, quod uetustissimum dicunt, cum non solum quid egimus, sed longa intercapedine inueterauerit nobis.

2 partiones *cod.* portiones libri *Diomed.* 7 seculi *cod.* 8 tam *cod.*

EX CODICE AMBROSIANO L 22 (R. Sabbadini, Studi ital. di filol. class. XI [1903] p. 178) f. 93<sup>v</sup> (ex commento in Donat. GL IV 384, 10 K): licet autem uerbis tria tempora accidere dicuntur, non temporis natura diuisiones habet, ut

79. (*deest*)

sit perpetuo unitum. uerum quoniam differt noster actus nec semper idem est (aut enim facimus aut fecimus aut facturi sumus), hac ex re indiuiduo tempore inponimus partes temporis non tempus diuidentes sed actum nostrum diuersum significantes. uniuersa enim quae aguntur in tres diuiduntur<sup>5</sup> portiones. diuerso igitur agendi tempore tempus ipsum quasi impertimur. trifariam tamen cuncta gerimus, ideoque tria tempora esse dicimus, instans perfectum futurum; instans, quod et praesens, cum adhuc agimus, praeteritum perfectum, cum iam fecerimus, futurum, cum acturos nos pollicemur. unum<sup>10</sup> tamen ex his, praeteritum perfectum, diuiduum est. ex eo enim scinditur praeteritum imperfectum, item praeteritum plusquamperfectum. hoc pacto tria tempora praeterita uidentur esse, quoniam omnium quae egimus triplici modo differentiam reperimus. praeteritum enim imperfectum est quidem praeter-<sup>15</sup> itum, non tamen perfectum, cum quasi praeterisse tempus adfirmamus; alioquin coepimus nec perfecimus, quasi legebam et scribebam et similia. 'in' enim praepositio plerumque derogatiua, non nunquam adiectiua, ut in aliis patebit; quae addita actui plerumque derogat, non addita ad finem per-<sup>20</sup> ductum significat. perfectum etenim tempus, cum tempus quo egimus eo quod egimus finitum est. item praeteritum plusquamperfectum, cum tempus iam pridem exactum demonstramus 1 differt *B* (= *Paris.* 7493) differet *M*(*onac.*) diferet *A* (= *Paris.* 7494) uariatur *cod.* *Paris.* 7491 (*uide fr.* 78) refert *cod.* *Ambrosianus* L 22 (*uide fr.* 79) || perpetuum unitum *cod.* *Paris.* 7491 perpetuum initium *cod.* *Ambrosianus* L 22 7 impertimus *M* 13 facto *ABM* 14 quo omnium quae *B* quo nimium quae *AM* 15 imperfectum est id est praeteritum *ABM* 21 quod egimus eo *AM* quo egimus et *B*.

apud Probum lectum sit: tempus nullum per se direptum omnino est, cum per se in se reuoluatur et sit perpetuum initium. Verum quoniam differt noster actus nec semper idem est, aut enim facimus aut fecimus aut facturi sumus, hac ex  
5 re indiuiduo tempori partes inponimus temporis, tempus non diuidentes et actum nostrum diuersum significantes. Uniuersa enim (quae) agimus procul dubio in tres diuiduntur portiones; diuerso igitur agendi tempore tempus ipsud diuidimus; ergo abusive operum gratia tempora tria dicuntur, quae aut per-  
10 ficiuntur aut perfecta sunt aut perficienda exspectantur. Inde tempora dicuntur spatia, in quibus opera aguntur.

3 differt] refert *cod.* 4 hac ex re indiuiduo tempori *scripsi*, hac in re ex diuiduo tempore *cod.* 7 quae *suppleui*.

80. (*deest*)

f. 94: SED PRAETERITI TEMPORIS DIFFERENTIAE SVNT TRES IMPERFECTA reliqua (*Donat. 384, II*). Probus ait: ex praeterito perfecto distinguitur imperfectum id est praeteritum (non) tam(en) perfectum, (cum) quasi praeterisse tempus adfirmamus, cum aliquid coepimus nec perficimus quasi legebam. imperfecta autem ideo dicitur quia non actus sui deficit prius quam iam praesens adfuerit; non sic perfecta imperfectum est, quod statim dimittimus, (plus quam) perfectum, quod dudum dimisimus et ideo dicitur, quia quasi  
10 uetustissima esse uidetur.

4 non tamen *suppl. Sabbadini* cum quasi *scripsi secundum Diomedis codices*, quam *cod.* quom *Sabbadini* 5 perficimus *sic Diom. codd.* perficimus *cod.* 8 plus quam *suppleui* 9 dudum dimisimus *scripsi* dubium dimittimus *cod.*

81. (STEVP  
p. 198)

PRISCIANVS GL II 445, 21 K: nos quoque in praeterito perfecto, quod pro παρακειμένον id est paulo ante perfecto, et

quo quid egimus. hoc enim distat a perfecto, quod superioris temporis recens uideri potest actus, sequentis longa intercapedo. id enim Graeci *ὑπερσυντελικόν* appellant quasi *ὑπὲρ τὸν συντελοῦντα χρόνον*, quod nos praeteritum plusquamperfectum dicimus. at uero tempus perfectum apud nos pro  
5 ἀορίστῳ καὶ παρακειμένῳ ualet. ratione igitur statuta sunt actus nostri tempora, instans quod et praesens, cum quid maxime agimus; praeteritum imperfectum, si quod agimus non perficimus et agere desinimus, unde nonnulli inchoatium  
10 tempus appellauerunt; perfectum, cum actum perficimus et facere desinimus; plusquamperfectum, (cum) quod egimus tempore inueterauerit; futurum, cum nondum agere instituimus, uerum acturos repromittimus.

1 id enim *B* ita enim *AM* 5 at *Keil* id *ABM* 6 statuta *B* statu *A* stata *M* 7 cum quidquid *M* cum quid quod *AB* 9 desinemus *ABM* 11 cum *om.* *ABM* *add. ed. uet.* || egimus *B* agimus *AM* 12 agere *AM* facere *B*.

LXVI.

PRISCIAN. GL II 405, 21 K: Tempus accidit uerbo praesens praeteritum et futurum. quamuis enim naturaliter instabili uoluitur motu et pars eius iam praeteriit, pars sequitur, tamen



pro ἀορίστον teste Probo habemus — nam amaui *πεφίληκα καὶ ἐφίλησα* significat, similiter feci *πεποίηκα καὶ ἐποίησα*, uidi *ἑώρακα καὶ εἶδον* et sic omnia cetera —.

ad ordinationem nostrorum diuersa gestorum tempora quoque diuidimus. unde iure praeteritum in tres differentias partimur. nihil enim certius, ut dictum est, ad notitiam nostram potest uenire, quam gesta per diuersum temporis spatium praeteriti. facile enim dinoscitur, utrum multo ante an nuper sint facta<sup>5</sup> an coeperint quidem, necdum tamen sint perfecta. itaque quod accidit ipsis rebus quas agimus, nomen temporis ipsi imponimus 'praeteritum imperfectum' tempus nominantes, in quo res aliqua coepit geri necdum tamen est perfecta, 'praeteritum' uero 'perfectum', in quo res perfecta monstratur 'praeteritum<sup>10</sup> plusquamperfectum', in quo iam pridem res perfecta ostenditur. instans autem indiuiduum est, quod uix stare potest. unde merito a quibusdam 'instans' imperfectum nominatur. nisi enim sit imperfectum, in eo adhuc esse actus intellegi non potest. futurum quoque cum incertum sit, ut ostendimus, et infinitum,<sup>15</sup> utrum paulo post an multo erit, non potuit discretis quibusdam finibus declinationis uti. itaque una uoce contentum fuit.

GELLIVS VI 9, 13: Quoniam Graeci in quadam specie praeteriti temporis, quod *παρακείμενον* appellant, secundam uerbi litteram in e plerumque uertunt, ut *γράφω γέγραφα*, *ποιῶ πεποίηκα*, *λαλῶ λελάληκα*, *κρατῶ κερράτηκα*, *λοῦω λέλουκα*, sic igitur mordeo memordi, posco peposci, tendo tetendi, tango tetigi, pungo pepugi, curro cecurri, tollo tetuli, spondeo spepondi facit. Sic. M. Tullius (*fr. 14 p. 1060 Or.*<sup>2</sup>) et C. Caesar (*II p. 158 Di.*) mordeo memordi, pungo pepugi, spondeo spepondi dixerunt. (*cf. fragm. 81 et pag. 119.*)

LXVII.

<sup>2</sup> sed'm (*i. e. secundum*) *Parisin.* 8 sic— spepondi] *post spepondi om., sed in mg. add. V = Vatic.*

PRISCIAN. GL II 415, 23 K: Sciendum, quod Romani praeterito perfecto non solum in re modo completa utuntur, in quo uim habent eius qui apud Graecos *παρακείμενος* uocatur, quem Stoici *τέλειον ἐνεστώτα* nominauerunt, sed etiam pro ἀορίστον accipitur, quod tempus tam modo perfectam rem quam multo ante significare potest. sed sicut apud illos infinitum tempus adiectione τοῦ ἄσπι aduerbii τὸν παρακείμενον id est adiacens tempus, τοῦ δὲ πάλαι τὸν ὑπερσυντελεσθόν id est plusquamperfectum significat, sic apud nos hoc (id est praeteritum perfectum) potest et modo et multo ante intellegi perfectum, et apud auctores hoc exemplis comprobatur. Euauder enim apud Vergilium in VIII (340) de matre sua dicit:

LXVIII.

cecinit quae prima futuros  
Aeneadas magnos et nobile Pallanteum;

B. DE SIGNIFICATIONIBVS SIVE GENERIBVS VERBORVM

82. (STEVP  
p. 178) EX CODICE PARISINO 7491 f. 93 (GL IV praef. p. XXIII K):  
uel secundum Probum actiua ea sunt quae dumtaxat (actum  
nostrum significant), cum alio agente sit qui patitur, ut accuso  
accusas. extrinsecus enim exspectat patientem. sic passiuia sunt,  
2 actum nostrum significant *ex Diomede suppleuit Keil*

'cecinit' dixit pro 'cecinerat', multo enim ante illam cecinisse  
intellegit. et ipse poeta ex sua persona (*Aen. I 1*):

Troiae qui primus ab oris

Italiam fato profugus Lauinaque uenit

5 Litora,

'uenit' posuit pro 'uenerat'; hic enim quoque multo ante in-  
tellegit uenisse Aenean ad Italiam. ergo proprie si quis con-  
templetur uim praeteriti perfecti, non aliam iudicet hoc habere  
quam apud Graecos illud quod ἀόριστον uocant. hoc autem  
10 differt a plusquamperfecto, quod illud per se prolatum non  
eget aduerbio 'pridem' quod habet in se naturaliter, nisi si  
uelimus explanandae quantitatis causa temporis addere, ante  
quot dies uel annos, nec licet illi 'modo' uel 'nuper' aduerbia  
adiungere, praeteritum uero perfectum ad manifestandam signi-  
15 ficationem eget uel 'modo' uel 'pridem' aduerbiis. (*cf. fr. 81.*)

11 habet hoc in *BDHGLK* || nisi si uelimus *H m. 2.* nisi uelimus *RDH*  
13 modo nec nuper *B.*

- LXIX. DIOMEDES GL I 336, 32 K: Passiua est (significatio), cum alio  
patiente penes alium sit administratio, id est cum patientiam  
nostram cum alterius actu significat, ut laudo. haec ita or  
syllaba terminatur ut recipere possit actiuam significationem  
amissa r littera, ut laudo. (*cf. fr. 82.*)

- LXX. DIOMEDES GL I 336, 25 K: Actiua significatio est, cum alio  
agente sit qui patitur, id est cum actum nostrum cum alterius  
patientia significat, ut laudo. haec ita o littera terminatur, ut  
recipere possit etiam passiuam significationem adiecta r littera.  
itaque cum utraque persona constet in declinatione uerbi, ut  
tam adficere quam adfici queat, proprie dicitur actiuum itemque  
passiuum. (*cf. fr. 82.*)

- LXXI. DIOMEDES GL I 337, 4 K: Neutra est quae specie actiuae  
enuntiationis o littera cluditur, sed r litteram numquam recipit  
et ob id passiuam formam non potest exprimere. ubi enim  
uis patiendi non est, ex actiua declinatione locum declinatio  
passiua non habet. item si alio patiente sub actiua specie  
penes alium non sit administratio, similiter neutra dicimus.  
alterutrum itaque uniformiter significat agentem uel patientem;  
agentem, ut facio ambulo curro; patientem, ut ardeo ueneo  
uapulo. ex hac quoque forma sunt et illa uerba, in quibus nec  
agentis nec patientis significatio plene dinoscitur nec effectus  
ostenditur, ut sedeo sudo dormio iaceo sto algeo sitio esurio.  
nescis enim agat quis an patitur. (*cf. fr. 82.*)

cum alio patiente penes alium sit administratio, ut accusor accusaris. exspectat enim extrinsecus agentem. neutra sunt quae o littera terminantur, sed secundum Probum neutrum in nomine, neutrale in uerbo rectius dicimus. (cf. *Pompeius GL V 229, 22 sq. K.*)

CONSENTIUS GL V 366, 16 K: quaedam talia sunt, ut 83. (STEVEP patientia uel ex uoluntate uel contra uoluntatem euenisse p. 180) uideatur: ex uoluntate, ut doceor ditor; contra uoluntatem, ut uror secor. quaedam uero talia sunt, ut neutrum horum, sicut Probus uir doctissimus adnotat, admittant, ut est algeo aestuo. 'neque enim' inquit 'Latine dicitur, uolens aut inuitus quis aestuat aut alget, cum hoc ex necessitate pro qualitate temporis euenire uideatur'. (cf. *Fridericus Goetting, De Flavio Capro Consentii fonte, diss. Königsb. 1899 p. 20 sqq.*)

POMPEIUS GL V 259, 37 K: habes hoc in Probo. falsum 84. (181) est, dicit, quod dicunt uerbum deponens esse ab eo, quod non deponat r litteram, quasi κατά αντίφασιν, quo modo dicimus Parcas ab eo quod non parcant, quo modo dicimus lucum ab eo quod non luceat: sic et deponens. falsum est. nam incipies et commune uerbum deponens dicere: nam et commune uerbum r litteram non deponit. ergo deponens dictum est re uera ab eo quod deponat unum participium quod in dus exit. (p. 147; cf. *GL IV praef. p. XXIII K.*)

DIOMEDES GL I 337, 16 K: Communis est (significatio), quae LXXII. tam actiuam quam passiuam significationem in se habet. haec ita r littera terminatur, ut eam non possit amittere, quemadmodum et deponens, ut osculor, criminor, amplector. dicimus enim osculor te et osculor a te, similiter et cetera. communia autem dicimus, ut in nominibus quae sub una specie genera diuersa admittunt, ita in uerbis quae sub passiuam declinationem dumtaxat diuersi actus significationem exprimunt. (p. 144 sqq.)  
6 autem BM enim A.

GELLIUS XV 13

LXXIII.

De uerbis inopinatis, quae utroque uersum dicuntur et a grammaticis 'communis' uocantur. (p. 144.)

DIOMEDES GL I 337, 30 K: placuit itaque aliis ea deponentia LXXIV. dici, quod una significatione deposita a communi separentur. (p. 147.)

DIOMEDES GL I 338, 17 K: Finitiuus modus est cum quasi LXXV. (178) definita et simplici utimur expositione, ipsa dictione per se commendantes sensum sine alterius diuersae complexu, ut accuso accusabam, identidem per omnia tempora, quod in subiunctiuo parum est. subiunctiuus enim dictus est, quoniam necesse est ut alius sermo suggeratur quo superior patefiat, hoc modo: 'cum dicam' 'cum dixerim' 'cum dixerō'. procul dubio necdum hic finitur sermo, finietur hoc modo: 'cum dixerō uenies', 'cum

85. (STEVF EX CODICE PARISINO 7491 saec. X f. 90 (Gramm. Lat. ed. p. 178) Keil, praef. uol. IV. p. XXII):

qualitatem autem in modis bipertitam esse Probus adfirmat dicens 'qualitas uerborum aut finita aut infinita est. finitiua uerbi qualitas est cum quasi definitiua et simplici utimur expositione ipsa distinctione per se sine alterius complexu, ut accuso, as, at. infinitiua sane qualitas est in qua haec uniuersa confusa sunt, ut legere.

86. ANECD. HELV. ed. H. Hagen (Gramm. Lat. ed. Keil, Suppl.) p. CLI:

Vtrum potest infinitiuus modus pro indicatiuo esse? Potest et pro praeterito imperfecto indicatiui, ut Probus ait: In hac qualitate plerumque ueteres praecipue praecipue historiarum scriptores imperfecta tempora indicatiui significant, quale est apud Sallustium (*Iug. 6*): 'hic ubi primum adoleuit, non se luxui neque inertiae corrumpendum dedit, sed, ut mos gentis illius est, iaculari equitare cursu cum aequalibus certare, et cum omnis gloria anteiret. omnibus carus esse', pro eo quod est: ut mos gentis illius est, iaculabatur equitabat, cursu cum aequalibus certabat, et cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus erat.

fecero aspicias' et similia. quod in modo finitiuo non desideratur. idem a quibusdam indicatiuus appellatur, quo indicamus; ab aliis pronuntiatuus, quo pronuntiamus. (*cf. frgm. 85.*)  
3 pronuntiantibus *ABM*.

- LXXVI. DIOMEDES GL I 340, 34 K: Infinitiuus qui et perpetuus numeris et personis, ideo dictus infinitiuus ex eo, quod parum definitas habet personas et numeros. (*cf. frgm. 85.*)

- LXXVII. DIOMEDES GL I 341, 4 K: hoc modo plerumque ueteres praecipue historiae scriptores et imperfecta tempora finitiua significant; quale est apud Sallustium (*Iug. 6*): 'hic ubi primum adoleuit, non se luxu neque inertiae corrumpendum dedit, sed, ut mos gentis illius est, iaculari equitare cursu cum aequalibus certare, et cum omnis anteiret, omnibus tamen carus esse', pro eo sane quod est: uti mos gentis illius est, iaculabatur equitabat cursu cum aequalibus certabat, et cum omnis anteiret, omnibus tamen carus erat. (*cf. frgm. 86.*)

6 cum omnes *AM* cum omnibus *B* || anteire *ABM* 8 cum omnis *A* cum omnes *B* cum omnes *M*.

- LXXVIII. CHARISIVS GL I 174, 25 K: Praeterea apud auctores historicos, uelut Sallustium Liuium, parare arcere facere adire pro parabant arcebant faciebant adibant, ut ex ipsis lectionibus cognosci poterit. (*cf. frgm. 86.*)

1 hoc sciendum quod ueteres infinitiuum ponebant pro indicatiuo imperfecto ut Com. dicit. praeterea dicebatur infinito apud ueteres auctores, praesertim historicos, uelut apud Sallustium Liuium, parare arcere — cognosci poterit *excerpta Bernensia*.

SCHOL. BERNENS. ad georg. IV 134: CARPERE carpebat. Infinitiuo enim imperfecta tempora significat more ueterum, ut Probus ait. 87. (STEVP p. 179)

CONSENTIVS GL V 366, 26 K: item quaedam uerba, ut ait Probus, usu non figura eatenus distinguuntur, ut quasi propria quaedam singulorum generum uel natura uel consuetudine esse uideantur; masculina erunt cum masculinae res suberunt quae significantur: natura uelut genuit, consuetudine ueluti<sup>5</sup> tondetur; utrumque enim maribus recte adsignatur; feminina, cum femininae res significantur: natura, ut parit nubit, consuetudine, ut textit, ornatur; haec enim femininis apta sunt; neutra, cum eiusmodi res significatur, ut neque masculino neque feminino generi proprie adplicari possint. (cf. Frid.<sup>10</sup> Goetting, l. s. p. 21; Keil in adn. edit.)

1 quaedam uerba, ut ait Probus, usu non figura scripsi quaedam uerba et ait probus parua usu non figura Monacensis 14666 quaedam uerba sunt ut parua usu non figurae Bernensis 432 quaedam uerba sunt parua husu non figura Leidensis Voss. 37.8 6 tondetur| conf. Quint. I 6, 44.

C. DE DIVERSA VERBORVM POSITIONE

SERVIUS ad Aen. I 194: PARTITUR Sallustius ait (Iug. 43, 1): 'prouincias inter se partiuerant'. nam et partio et partior dicimus: et est uerbum de his, quae cum utramque recipiant declinationem pro nostra uoluntate, actiuae tamen sunt significationis, ut punio punior, fabrico fabricor, lauo lauor. quamquam temptauerit Probus facere differentiam inter actiuam passiuamque significationem, ut dicamus tondeo alterum, tondeor ab altero; sed hoc in aliis uerbis dicere non possumus 89. (196)

SERVIUS (auct.) ad georg. IV 134: CARPERE POMA carpere pro carpebat, infinitum pro indicatiuo. (cf. fr. 87.) LXXIX.

SERVIUS ad Aen. II 132: PARARI infinitus modus pro indicatiuo. et est figura propria historiographorum, ut Sallustius (Iug. 6) 'equitare, iaculari, cursu cum aequalibus certare'; ut poetarum propria est (I 320) 'nuda genu' et (VII 399) 'toruum clamat'. quod autem ait Cicero (pro Murena 14, 30) 'bellicum canit' non est figura, sed sermo naturalis; est enim soni nomen. (uide frgm. 86.) LXXX.

cf. ad IV 422 CREDERE credit uel credebat; ad III 666 CELERARE infinitiuum pro pronuntiatiuo. similia passim.

SERVII [SERGII] comment. in Donat. GL IV 437, 25 K: Verba quorum declinatio in nostra potestate est sunt haec, tondeo lauo fabrico punio et reliqua (uid. Donat. GL IV 383, 18 K). uerum tamen debemus secundum naturam actuum uel actiuum uel passiuum praesumere in declinatione, ut 'ego lauor', 'balneum lauat'; quando ego capillos depono, ut dicam tondeor, quando alteri capillos detraho, ut tondeo. (p. 36; 148.) LXXXI.

- ut fabrico fabricor, pasco pascor; nam legimus (*buc.* I 54) 'florem depasta salicti' et (*ge.* III 314) 'pascuntur uero dumos'.
90. (STEVP  
P. 196) PRISCIAN. GL II 392, 6 K: Praeterea plurima inueniuntur apud uetustissimos, quae contra consuetudinem uel actiuam pro passiuam uel passiuam pro actiuam habent terminationem, ut testo pro testor, et opino pro opinor, et cuncto pro cunctor, et conuiuo  
5 pro conuiuor, et contemplo pro contemplor et consolo pro consolor, et commoro pro commoror, et auxilio pro auxiliior, et auguro pro auguror, et auspico pro auspicor, et commento pro commentor, et crimino pro criminor, et molio pro molior, et digno pro dignor, et execro pro execror, et epulo pro epulor,  
10 et heiulo pro heiulor, et lucto pro luctor, et luctio pro luctitor, et luxurio pro luxurior, et laeto pro laetor, et ludifico pro ludificor, et misereo pro misereor, unde miseret et miseretur impersonalia. Cicero pro Ligario (5, 14): 'caue te fratrum pro fratris salute precantium misereatur', unde Terentius in  
15 Phormione (501):

Miseritum est.

horto quoque pro hortor, et largio pro largior dicebant, quae sunt communia, unde Sallustius in I historiarum (I 49 *Maur.*): 'igitur uenditis proscriptorum bonis aut dilargitis'. similiter  
20 proferebant aucupo pro aucupor, alterco etiam pro altercor — unde Terentius in Andria (653):

Scio, cum patre altercasti dudum;

medico quoque, ut supra dictum est, pro medicor — Vergilius in I georgicon (I 193):

25 Semina uidi equidem multos medicare serentes, amplexo pro amplexor — Quintus Claudius in II annalium (*fr.* 39 p. 142 *Peter*): 'comprehensare suos quisque, sauare, amplexare'; Cicero pro Cluentio (44, 124): 'auctoritatem censorum amplexato', — amplecto quoque pro amplector et complecto  
30 pro complector. sed et eorum et superiorum omnium usus tam apud Caprum quam Plinium et Probum inuenies.

14 precantium] obsecrantium *Cicero* || ut misereatur *H* misereat *B m. 2* cum parte *codd.* *Cic.* 16 miseritum] *B* cum *Terentio* misertum *rell.*

D. DE SPECIEBUS VERBORVM

91. (200) DIOMEDES GL I 342, 8 K: haec (legendi, legendo, legendum, lectum, lectu) eadem sunt quae *Probus* supina appellat merito, quoniam nec certum habent tempus nec numerum nec
- 
- LXXXII. CHARISIUS GL I 175, 25 K: Verba supina sunt haec, docendi docendo docendum doctum doctu. (*cf. frgm. 91.*)
- LXXXIII. SERUIVS (auct.) ad *buc.* VIII 71: CANTANDO dum ei incantatur. nam gerundi modus ab omni uerbo similiter procreatur: unde modo 'cantando' a passiuo ait, cum supra ab actiuo dixerit ut (III 25) 'cantando tu illum'? tale est illud in Sallustio (*Iug.* 62, 8) 'cum ipse ad imperandum Tisidium

personam nec significatum, quo solo ab impersonalibus differunt. nam impersonalia agentis tantum habent significatum, ut puta legitur scribitur, hoc est omnes legunt, omnes scribunt. nam legitur pro omnes leguntur nemo dixit. participialia autem et patientis habent significatum; nam cum dicit Vergilius (*buc.* 8, 71):

frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,  
patientem, non facientem ostendit; significat enim dum incantatur; et (*georg.* III 215): 'uritque uidendo femina' non dum uidet, sed dum ab aliis ipsa conspicitur; item (*Aen.* II 81):

fando aliquod si forte tuas peruenit ad aures  
pro dum dicitur passiuua significatione. aliter enim dictum est (*Aen.* II 16): 'quis talia fando', actiuua significatione; item (*Aen.* I 111): 'miserabile uisu', quod significat miserabile, dum uidetur, et (*Aen.* VI 76):

finem dedit ore loquendi  
quod significat finem dedit ore, dum loquitur; et (*ge.* IV 554):  
dictu mirabile monstrum,

quod est mirabile, dum dicitur. et huius modi declinatio tam ex actiuua quam ex passiuua significatione nascitur. (*cf. Priscian. GL II 413, 1—20 K.*)

DIOMEDES GL I 352, 34 K: modo participiali amandi amando 91 a. (STEVP  
amandum amatum amatu. haec gerundi sunt apud quosdam, p. 200)  
quae Probus supina appellat.

DIOMEDES GL I 354, 16 K: modo participiali amandi amando 91 b. (200)  
amandum amatum amatu. apud quosdam haec uerba gerundi  
sunt, quae Probus supina appellat.

EX CODICE LEIDENSI BIBL. PVBL. 136 s. X f. 143 (GL IV 92. (179)  
praef. XXIII K): item ostendit Probus esse omnes personas,  
dicens de usurpatiuis: 'usurpatiua species est huius modi, cum

uocaretur' id est ut ei imperaretur. sane ueteres cantare de magico carmine dicebant, unde et excantare est magicis carminibus obligare: Plautus in Bacchidibus (33) 'nam tu quidem cuiuis excantare cor facile potes'; (*cf. schol. Bernens. et Philarg. ad hunc uersum et Seruii comm. in Donat. GL IV 412, 20 K.*)

DIOMEDES GL I 395, 30 K: Vsurpatiua species est huius- LXXXIV.  
modi, cum dicimus legendo proficit, id est dum legit; legendi  
causa uenit, id est ut legat; legendum tibi est, id est necesse  
est ut legas. his enim fere casibus usurpatur dicta, quod usu  
exerceri quod hoc pacto eloquitur demonstrat. deriuatur uero<sup>5</sup>  
quasi ex participio futuro passiuo, et licet uerbum non ad-  
mittat passiuam declinationem, nihilo minus fere ex omni  
uerbo talis haberi dictio potest, uelut natando exercetur, id  
est dum natat; et natandi causa uenit, id est ut natet; natan-  
dum tibi est, id est oportet nates; item cum dicimus uapu-<sup>10</sup>  
lando corrigitur et uapulandi causa, item uapulandum tibi est;

4 usurpantur ABM

dicimus legendo profic[isc]it, id est dum legit, legendi causa uenit, id est ut legat, legendum tibi est, id est necesse est ut legas. his enim fere casibus usurpantur dicta quod usu exerceri quo modo hoc pacto legitur, demonstratur.

93. (STEV P. 179) EX CODICE PARISINO 7491 f. 92 (GL IV praef. p. XXIV K): Prob<sup>5</sup>us uero in his (gerendi uerbis) actum tantum fieri docet excludens passionem. sed notandum quod Prob<sup>5</sup>us in his quae a neutro uel a deponenti ueniunt merito et recte exclusit, non ab his quae ab actiuo ueniunt. — item, ut ait Prob<sup>5</sup>us, haec participia non sunt, sed propria sermonis species. participia enim cum sint talia, recipiunt et personam et numerum, ut ab his legendis. *Eadem fere in codice Leidensi 135 leguntur teste Henrico Keil l. s.*

2 tantum Keil tamen *cod.* 7 talia Keil alia *cod.* || ut Keil et *codd.*

DE SPECIE CONCESSIVA

94. (111) SERVIVS ad Aen. X 33 = fr. 32.

DE SPECIE INCHOATIVA

95. (178) EX CODICE CAROLIRVHENSIS PRISCIANI (GL II 428, 12 adn. K): Prob<sup>5</sup>us: est uerbum praeterea hio hias, ex quo frequentatium hiato, as, inchoatium uero hisco, is. sed quam-

nec tamen est nator aut uapulo. adeo non est participialis iste sermo sed propria sermonis species. participia enim, cum sunt talia, recipiunt et genus et numerum, ut hic legendus his legendis. at species usurpatia infinitiua est. nihil enim horum recipit, cum dicimus legendo ego proficio in omni genere; item numero, legendo proficimus et similia. (*cf. fr. 92.*) 3 recipiunt et genus Keil recipiunt genus *Caesarius* recipiunt et personam *ABM.*

- LXXXV. SCHOL. VERONENSIA in Aen. II 81: [FANDO] — us in Laomedonte (*uol. I. p. 270 R<sup>3</sup>*): 'Memora uolenda, at quae fama —' et Pacuuius in Teucro (*p. 135 R<sup>3</sup>*): 'Nihilne a Troia adportat fando?' Lucilius in II (*55 M*): 'Fandam atque auditam iterabimus (famam. Itaque hic) patiendi uim, non agendi habet; supra uero (*A. II 6*): 'Quis talia fando Myrmidonum' actiuo modo enuntiauit.

4 iterabimus (famam. Itaque hic) *suppleuit Keil.*

*conferas* SERV. in Aen. I 713: TVENDO dum intuetur. et omnis gerundi modus tam ab agentis quam a patientis significatione similiter profertur ut (*buc. III 25*): 'cantando tu illum' id est dum cantas et (*VIII 71*): 'frigidus in pratis cantando rumpitur anguis' id est dum ei cantatur. *praeterea* SERV. in Aen. II 6; II 81 *similia.*

- LXXXVI. DIOMEDES GL I 396, 30 K: Concessiua praeterea species est, qua tum demum utimur subiunctiuam inserentes qualitatem, cum suadendo cuiquam quod expediat non persuademus et



quam ita sese habet, tamen plus inesse in eo uidetur quod est hiscere quam hiatare.

ALDHELMVS de re grammatica et metrica (A. Mai classic. 96. (STEVP auctor. tom. V. Romae 1833 p. 560): lentesco quod Valerius p. 183)

desistentes, dum nos uolumus crimine absoluere, concedimus arbitrio eius remittentes quod pertendat facere, ut cum loquimur 'ne facias' sane suadentes, illo pertendente ut magis faciat addimus 'uideris feceris', id est 'licet tu uideas, tu perspicias quid facias'. et hoc dicimus sub specie concedendi potius<sup>5</sup> dehortantes. nam cum facere ex animo suademus, non ita loquimur 'feceris uideris', sed 'facias uideas', exhortatiuo utentes sermone. enuntiatione igitur eadem adfirmatiua et concessiua est species; sensu uero differt, quoniam quae liqueant nobis non esse adfirmantes quasi, si sint gesta, defendimus. item<sup>10</sup> quae nequaquam uolumus fieri, uerbo uelut fiant concedimus, quo pertinaciam contendendi euitemus (*uid. fr. 94; p. 30 adn. 2*).

1 concedimus *ed. pr.* contendimus *ABM* 4 licet *ed. pr.* libet *ABM* 6 dehortantes *Keil* deutorantes *ABM* 10 quasi si sint *B* quasi sint *AM Keil*.

DIOMEDES GL I 343, 1 K: Inchoatiua uerborum species est LXXXVII. quae rem inchoatam, futuram tamen significat et uim incipiendi dumtaxat in effectu habet. haec sco syllaba terminatur et figuratur uel ab illis quae o littera terminantur, ut horreo, id est in horrore sum, horresco, horrere incipio, uel ab illis quae r<sup>5</sup> littera cluduntur, ut misereor miserescio, quale est (*Aen. II 145*) 'miserescimus ultro', item labascit, ut ait Terentius (*Eun. 178*): 'labascit uictus uno uerbo', ex eo quod est labor. et ardescere [ardere] dicunt et tenerascere, ut Lucretius in tertio (765): 'scilicet in tenero tenerascere corpore mentem.' item amo<sup>10</sup> ueteres inchoatiuo modo amasco dixerunt, unde et amasios amatores dicebant ut Plautus in Truculento (658): 'istos mundulos amasios', Naenius (*uol. II. p. 35 R<sup>3</sup>*): 'nunc primulum amasco'. est praeterea hio hias, ex quo iteratiuum figuratur hieto hietas; inchoatiuum uero figuratur, hisco hiscis cum<sup>15</sup> dicimus. sed quamquam ita se habent, tamen plus inesse uidetur in eo quod est hiscere quam hiare (*cf. frgm. 95*). hiat enim qui ore patet uel tacitus, quod et in rebus fictis animaduerti potest, hiscere uero incipere loqui. illud praeterea libuit non nullis animaduertere, quod (ab) actiuis non nulla figurata in-<sup>20</sup>choatiua reperiuntur esse passiuua, quale est gelo gelas gelat, cum inchoatiuum gelasco facit, quod est incipio gelari. item cum est lento lentas, unde et Vergilius (*Aen. III 384*): 'lentandus remus in unda,' ex hoc inchoatiuum lentesco facit, ut idem Vergilius (*ge. II 250*): 'lentescit habendo'<sup>25</sup> (*cf. GL I p. LIV K*).

6 cluduntur ut *B* cluduntur clatesco ut *AM* 8 labescit *A* 20 quod actiuis *AB* quod actibus *M* ab *suppl. Keil* 25 lentesco *BM* lentisco *A* 26 lentiscit *A*.

a prima coniugatione ortum testatur, quod lento lentas lentat, quod raro contingit ut amasco lauasco gelasco. (cf. p. 56 et fr. 64).

E. DE IMPERSONALIBVS DE PARTICIPIO

97. (STEVP p. 179) EX CODICE PARISINO 7491 f. 92 (GL IV p. XXIII K): item sciendum est quod ipsa declinatio impersonalis quae in tur

LXXXVIII. PRISCIAN. GL II 429, 3 K: excipitur hio hias, quod hisco non hiasco facit, ex quo Vergilius compositum protulit in I Aeneidos (123):

Accipiunt inimicum imbrem rimisque fatiscunt,  
item in eodem (106)

Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens. (cf. fr. 95.)

LXXXIX. DIOMEDES GL I 398, 31 K: Passiua uero impersonalium declinatio huius modi est et figuratur ex uerbis quae absolutiua sunt, id est neutralia, quae cum ceteras personas non admittant passiuae declinationis, quoniam sunt neutralia, nihilominus tertiam personam passiuam admittunt et declinantur passiuam declinatione more impersonali, quasi pugnatur a me a te ab illo, item certatur similiter, ut (Aen. VII 553):

pugnatur comminus armis,

et (Aen. X 355):

certatur limine in ipso,

item 'discumbitur a nobis',

(Persius sat. 4, 43): uiuitur hoc pacto,

(Aen. VI 179): itur in antiquam siluam.

qua specie non qui facit sed quid fiat demonstratur. (cf. Charis.

15 GL I 253, 18—25 K et fr. 97 et 98.)

1 impersonalium excerpta cod. Paris. 7530 impersonalis ABM 3 admittant B admittunt AM excerpta 6 impersonalium excerpta 11 discumbitur ostro Charisius, Verg. Aen. I 700 14 sed quid fiat exc. sed qui<sup>d</sup> fiat M sed qui fiat AB.

XC. QVINTILIAN. inst. or. I 4, 28: iam (Aen. VI 179)  
'itur in antiquam siluam'

nonne propriae cuiusdam rationis est? nam quod initium eius inuenias? Cui simile (Terent. Andr. 129) 'fletur' accipimus aliter ut (Aen. X 1):

'panditur interea domus omnipotentis Olympi'

aliter ut (buc. I 11): 'ut totis usque adeo turbatur agris'. est etiam quidam tertius modus ut 'urbs habitatur', unde et 'campus curritur' et 'mare nauigatur'. (cf. fr. 97 et 98.)

XCI. • CHARISIVS GL I 254, 9 K: quae (uerba) datiuum recipiunt, uelut noceo tibi, consulo tibi, parco tibi, prouideo tibi, impero tibi, passiuum faciunt similiter per datiuum. dicimus enim nocetur mihi, consulitur mihi, imperatur mihi, obicitur mihi et similia. 2 impero tibi ed. pr. imperatini passiuum P (= frgm. cod. Paris. 7560) imperatini passī N (= Bobiens.).

exit, a neutralibus, ut ait *Probus*, figuratur, quia ipsa neutra passiuum ex se aliter non faciunt.

SERVIVS ad Aen. X 444 = fr. 36.

98. (STEVP  
p. 179)

DE CONIVGATIONE DE PERFECTO

PRISCIAN. GL II 541, 18 K: 'aio' cuius declinatio in usu frequenti non est, quartae coniugationis esse ostenditur ab imperatiuo in i terminante. sic enim *Probus* de dubio perfecto tractans ostendit Naeuium protulisse (*uol. II. p. 33 R<sup>3</sup>*):

99. (198)

An nata est sponsa praegnas? uel ai uel nega.  
Accius in Ione (*p. 215 R<sup>3</sup>*):

quibusnam

Te aibant ortum locis,  
pro 'aiebant', quod in hac coniugatione fieri solet. et est notandum in hoc uerbo, quod pares habent syllabas tres per-

---

haec passiuam naturam non habent, ceterum, sicut supra notauimus, (hoc modo) tantum declinantur. nemo enim dicit noceor parcor imperor: dum illud tamen sciamus etiam in infinitiuis omnibus cadere utique passiuam significationem, praeter ea uerba quae in declinatione actiua tantum sunt et intellectu passiuam, de quibus supra notauimus, ut ueneo uapulo ardeo. (*cf. fr. 97 et 98 et Diomedem GL I 399, 13—33 et 337, 10 K.*)

SERVIVS ad georg. IV 488: IGNOSCENDA QUIDEM participium sine uerbi origine, non enim facit 'ignoscor' sicut nec 'triumphor' 'regnor'. et aliter: 'ignoscenda' participium passiuum sine substantia uerbi: Terentius (*Phorm. 101A*): 'culpam conmeritam non ego. sed ea quae sit ignoscenda.' (*cf. frgm. 98.*)

XCII.

DONAT. ARS GRAMM. GL IV 388, 13 K: ex quibus (participiis) sunt etiam illa quae, cum participia uideantur, uerborum tamen significatione priuata sunt, ut pransus cenatus placita nupta triumphata regnata: nam prandeor cenor placeor nubor triumphor regnor non dicitur. sunt item alia participia quae accepta praepositione et a uerbis et a participiis recedunt, ut nocens innocens: nam noceo dicitur, innoceo non dicitur.

XCIII.

*conferas fr. 98 et Donati schol. ad Phorm. I 3, 3 (fr. 48):* 'INCOGITANS temerarius. *Probus* nomen incogitans' inquit 'in usu est, at non eodem modo cogitans.'

PRISCIAN. GL II 494, 1 K: In 'io' a antecedente unum inuenitur 'aio', quod in prima quidem persona i loco consonantis habet duplicis, quae et geminabatur a uetustissimis 'aiio', in secunda uero et tertia transit in uocalem necessario, quia consonans sequitur, 'ais ait'. itaque pares habet in tribus personis syllabas, cum omnia 'io' desinentia tertiae uel quartae coniugationis una syllaba minores habent prima persona secundam et tertiam, ut 'facio facis facit', 'audio audis audit.'

XCIV.

sonae 'aio ais ait', quod in alio huius coniugationis uerbo non inuenis, et quod paenultima primae solius personae producit quae sola i habet loco consonantis; unde tertia quoque pluralis, quae solet a prima fieri, similiter i consonantem habens producit paenultimam; quod autem in aliis corripitur, ostendit usus. Vergilius in I Aeneidos (142):

Sic ait et dicto citius tumida aequora placat,  
et Naenius (*uol. II. p. 33 R<sup>3</sup>*):

An nata est sponsa praegnans? uel ai uel nega;  
10 nam nisi corripiatur a, iambus stare non potest. inuenimus tamen tertiam personam praeteriti 'ait' quasi a prima 'ai aisti ait', quae in usu non sunt, unde neque perfecti neque plusquamperfecti nec futuri subiunctiui in hoc uerbo declinatio inuenitur. potest igitur etiam 'ait' praesens pro praeterito  
15 accipi.

2 inuenies GLK 3 pluralis aiunt quae D 8 neuus RD ennius BHGLK 12 sunt] est GLK || neque praeteriti perfecti G || plusquamperfecti nec om. G.

100. (STEVV  
p. 199) GELLIVS VI 9: 'Poposci' 'momordi' 'pupugi' 'cucurri', probabiliter dici uidetur atque ita nunc omnes ferme doctiores hisce uerbis utuntur. Sed Q. Ennius in saturis (*p. 210 V*) 'memorderit' dixit per e litteram, non 'momorderit':

5 'Meum' inquit 'non est ac si me canis memorderit'.

Item Laberius in Gallis (*p. 348 R<sup>3</sup>*):

de integro patrimonio meo centum milia nummum memordi.

Item idem Laberius in Coloratore (*p. 344 R<sup>3</sup>*):

10 Itaque leni pruna percoctus simul sub dentes mulieris Veni, bis, ter memordit.

Item P. Nigidius de animalibus libro II (*fr. 112 Sw.*): 'Vt serpens si memordit, gallina diligitur et opponitur'.

Item Plautus in Aulularia (*fr. 2 p. 95 G*):

15 Ut admemordit hominem.

1 cucurri] om. R 5 Meum] om. Nonius || ac] = codd. rec. at codd. rec. nonnull. ut Nonius || acsime ex atsimae corr. R. 7 uersus uarie distribuuerunt 13 deligitur PR codd. rec. diligitur V codd. rec.

---

sed in hoc primae personae paenultima positione producit, secundae uero et tertiae corripitur [sicut quibusdam uidetur tertiae est coniugationis] nec per totam in usu inuenitur declinationem. cuius praeteritum, cum 'ait' in tertia inueniatur  
5 persona, debuit 'ai' primam facere, quae in usu non est; potest tamen 'ait' quoque praesens intellegi pro praeterito. sed cum imperatiuus in i terminans reperiatur, quartae magis ostenditur esse coniugationis. Naenius (*uol. II. p. 33 R<sup>3</sup>*):

An nata est sponsa praegnans? uel ai uel nega.

2 sicut — coniugationis seclisit Hertz 3 totam ex totum corr. B.

XCV. DONAT. in Adelph. III 3, 11 = fr. XXIII.

Sed idem Plautus in Trigeminis (*u. 120 G*) neque 'praememor-  
disse' dicit, sed 'praemorsisse':

'Nisi fugissem' inquit 'medium. credo, praemorsisset'.

Item Atta in Conciliatrice (*p. 189 R<sup>3</sup>*):

Vrsum se memordisse autumat.

'Peposci' quoque, non 'poposci' Valerius Antias libro annalium  
XLV scriptum reliquit (*fr. 60 P*): 'Denique Licinius tribunus  
plebi perduellionis ei diem dixit et comitiis diem a M. Marcio  
praetore peposci'. 'Pepugero' aequae Atta in Aedilicia dicit  
(*p. 188 R<sup>3</sup>*):

Sed si pepugero, metuet.

Aelium quoque Tuberonem libro ad C. Oppium scripto 'occe-  
currit' dixisse Probus adnotavit et haec eius verba apposuit  
(*fr. 2 H. I p. 367 Br.*): 'Si generalis species occurrerit'.  
Idem Probus Valerium Antiatem libro historiarum XXII<sup>15</sup>  
(*fr. 57 P*) 'speponderant' scripsisse annotavit verbaque eius  
haec posuit: 'Tiberius Gracchus qui quaestor C. Mancino in  
Hispania fuerat, et ceteri qui pacem speponderant'.

Ratio autem istarum dictionum haec esse uideri potest:  
quoniam Graeci in quadem specie praeteriti temporis, quod<sup>20</sup>  
'παράκειμενον' appellant, secundam uerbi litteram in e plerumque  
uertunt, ut γράφω γέγραφα, ποιῶ πεποίηκα, λαλῶ λελάληκα,  
ζοράτῳ κεκράτηκα, λούω λέλουκα, sic igitur mordeo memordi,  
posco peposci, tendo tetendi, tango tetigi, pungo pepugi, curro  
cecurri, tollo tetuli, spondeo spepondi facit. Sic M. Tullius<sup>25</sup>  
(*fr. 14 p. 1060 Or.<sup>2</sup>*) et C. Caesar (*II p. 158 Di.*) mordeo  
memordi, pungo pepugi, spondeo spepondi dixerunt. Prae-  
terea inueni a uerbo 'scindo' simili ratione non 'sciderat' sed  
'sciciderat' dictum esse. L. Accius in Sotadicorum libro I  
(*p. 268 Baehr.*) 'sciciderat' dicit. Verba haec sunt:<sup>30</sup>

Num ergo aquila ita, ut hi praedicant, sciciderat pectus?  
Ennius quoque (in Melanippa (*p. 173 V*):  
cum saxum sciciderit.)

Valerius Antias in libro historiarum LXXV uerba haec scripsit  
(*fr. 62 P*): 'Deinde funere locato ad forum descendidit.' La-<sup>35</sup>  
berius quoque in Catulario ita scripsit (*p. 343 R<sup>3</sup>*):

Ego mirabar quomodo mammae mihi  
(Descendiderant).

4 acta VP Accius Nonius 14 occurrerit PR corr. deteriores. 15 probū VPR  
21 scd'm (i. e. secundum) P 23 Sic — spepondi] post spepondi om., sed in  
mg. add. V 31 Non VR Prisc. num P || ego R || hi om. Prisc. || spectus R  
32 in — sciciderit ex Prisc. GL II 517, 10 K 38 Descendiderant] add. edit. uet.

PRISCIAN. GL II 470, 12 K: supra dictis addunt quidam  
'neco necaui' uel 'necui', sicut et Probus et Charisius (243, 10)  
et Diomedes (366, 3), ideo quod participium praeteriti passiuum  
et 'necatus' a 'necaui' et 'nectus' a 'necui' facit. Horatius in  
I epistularum (7, 87):

Spem mentita seges, bos est enectus arando.

3 ideoque participium K

101. (STEV  
p. 198)

Liuius ab urbe condita XXI (40, 9): 'fame, frigore, illuue, squalore enecti'. Cicero Tusculanarum I (5, 10):  
enectus siti

Tantalus.

<sup>5</sup> sed proprie 'necatus' ferro, 'nectus' uero alia ui peremptus dicitur. Ennius (p. 102 V):

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.

<sup>4</sup> post Tantalus: quare necatus et quare nectus (nectus sit B) add. BDHGLK.

Haec hodie neque in catholic. neque in institut. Probi leguntur.

102. (STEVV p. 178) PRISCIAN. GL II 469, 12 K: 'nexo' quoque 'nexas' uel 'nexus', ut Probo placet, 'nexui'.

cf. Marx, Proleg. ad Lucil. p. LXXI; Probi cath. GL IV 39, 26 K.

103. (187) PRISCIAN. GL II 485, 17 K: In 'geo' desinentia, l uel r antecedentibus, 'geo' in 'si' conuersa faciunt praeteritum perfectum, ut 'indulgeo indulsi', 'fulgeo fulsi', 'algeo alsi', 'urgeo ursi', 'turgeo tursi', 'tergeo tersi' quod Probus et <sup>5</sup> Charisius et Celsus et Diomedes comprobant et ipse omnibus ualidior usus.

<sup>4</sup> tergeo] tergeo uel tergo B K m. 2. et tergeo uel tergo RDHGL 4 quod et probus BDHGLK

cf. Probi cath. GL IV 38, 21 K; Charis. GL I 244, 13 K; Diom. GL I 367, 8 K.

104. (187) PRISCIAN. GL II 490, 8 K: a 'deleo', cuius simplex in usu non est, 'deletum', a 'delino delitum' nascitur, quod Probus et Caper comprobant, usu quoque adiuuante. Vergilius in in IIII georgicon (99):

<sup>5</sup> et paribus lita corpora guttis.

Cicero epistularum ad Caluum primo (p. 302 uol. IV 3 Muell.-Friedr.): 'tuli moleste quod litterae delitae mihi a te redditae sunt'. idem in IIII Verrinarum (II, II 42, 104): 'tabulae sunt in medio, quae se corruptas atque interlitas esse clamant.'

<sup>10</sup> Accius in Atreo: (p. 189 R<sup>3</sup>)

Epularum fictor, scelerum fratris delitor.

1 simplex id est leo libri, secl. Hertz 2 quod et probus et B

Haec in Pseudoprobianis non leguntur; cf. Diomed. GL I 375, 27 K.

105. (187) PRISCIAN. GL II 491, 13 K: excipiuntur haec: iubeo iussi, sorbeo uel etiam sorbo, ut Probo placet, sorpsi uel sorbui — Lucanus in IIII (Phars. 100):

Absorpsit penitus rupes et tecta ferarum.

Cicero in II Philippicarum (29, 71): 'sanguinem ciuilem exhausit uel potius exsorbu' idem pro Murena (9, 19): 'difficultatem exsorbu'.

cf. Velius Longus GL VII 74, 1 K; Probi cath. GL IV 38, 4 K.

PRISCIAN. GL II 499, 17 K: 'sapio' tam 'sapui' uel 'sapii' 106. (STEVP  
quam 'sapiui' protulisse auctores inueniuntur; Probo tamen p. 186)  
'sapui' placet dici, Charisio 'sapui' uel 'sapiui', Aspro 'sapiui'  
et 'sapii' secundum Varronem quod Diomedes etiam approbat.  
Nonius tamen Marcellus de mutatis coniugationibus (p. 508 M): 5  
sic ponit 'sapiui' pro 'sapui'.

uel

1 sapui quam sapii quam sapiui K et m. 2 sapiui uel sapii quam sapui B  
sapui uel sapii quam sapui H 2 quam sapiui om. R 3 uel sapiui] uel  
sapii R, corr. m. 2 4 et sapii] uel sapii R m. 2 uel sapui D m. 2 assapui D  
5 Nouius G.

conf. Charis. GL I 246, 11 K; Diom. GL I 369, 25 K.

PRISCIAN. GL II 503, 16 K: nam 'unguo' Nisus quidem et 107. (179)  
Papirianus et Probus tam 'ungui' quam 'unxi' dicunt facere  
praeteritum, Charisius uero 'unxi' tantum.

1 ungo D ungo BL 2 un<sup>gui</sup> R et m. 2 ungi H.

cf. Probi cath. GL IV 37, 13 K; Papirianus GL VII 165,  
6 K; Charis. GL I 245, 15 K.

SERVIVS ad Aen. I 480: PASSIS participium est ab eo XCVI.  
quod est 'pandor'. ideo autem non facit 'pansus', quia plerum-  
que 'n' quod in prima uerbi positione inuenitur, in praeterito  
participio non est. de qua re euphonia indicat, ut ab eo quod  
est 'tundor' et 'tunsus' facit, ut (Aen. I 481) 'tunsae pectora  
palmis', et 'tusus' ut (Aen. I 567) 'non obtusa adeo gestamas  
pectora Poeni.' sciendum tamen est, licet alia euphoniae causa  
uarietur uel in generibus uel in numeris, 'nactus' tamen et  
'passus' n penitus numquam accipere. (p. 123.)

conf. Diom. GL I 377, 21 K

NONIVS IV DE VARIA SIGNIFICATIONE SERMONUM (p. 370, XCVII.  
7 M): PASSVM perpassum. Vergilius Aen. lib. I (199):

o passi grauiora!

PASSVM dispersum, solutum. Vergilius Aen. lib. I (480):  
'crinibus Iliades passis. 5

Terentius in Phormione (106):

capillus passus, nudus pes, ipsa horrida.

Caecilius Synaristosis (p. 79 R<sup>3</sup>)

heri uero prospexisse (se) eum (ex tegulis;  
haec nuntiasse et flammeum) expassum domi. 10

PASSVM extensum, patens: unde et 'passus' dicimus quod gressi-  
bus mutuis pedes patescunt. Ennius Annalium lib. X (p. 62 V):

aegro corde, comis . . .

. passis late palmis pater . . .

'passis' ait palmis patentibus et extensis. Naeuius Iphigenia 15  
(p. 10 R<sup>3</sup>):

passo uelo uicinum aquilone † hortum fer foras. (p. 150.)

9 eum se codd. Gell. XV 15 se eum Luc. Mueller || ex tegulis . . . flam-  
meum Gell. 11 nuntiasset fl. Gell. haec sup. lin. add. cod. II (= Christ.  
Petavian.) m. 2 et nuntiasse Bergk op. I 395.

108. (STEV P. 190) PRISCIAN. GL II 513, 7 K: 'nanciscor' etiam 'nactum' facit absque n, ut Probo et Capro et Pollioni et Plinio placet.  
*cf. Cap. de orthogr. GL VII 95, 19 K.*
109. (198) PRISCIAN. GL II 529, 3 K: a canendo quoque composita similiter praeteritum in 'ui' diuisas finiunt: 'succino succinui', 'occino occinui'. quidam autem et 'occano occanui' protulerunt, ut Sallustius in I historiarum (I 135 Maur.): 'iussu Metelli cornicines occanuerunt'. sed Probus 'occini' quoque existimat posse dici, cum simplex 'cano cecini' faciat, quomodo a 'cado cecidi: incido incidi' et a 'tango tetigi: contingo contigi.'  
*Haec in scriptis Pseudoprobianis non leguntur.*
110. (198) PRISCIAN. GL II 534, 25 K: 'laccesso laccessiui', sic Probus, et uidetur mihi melius dicere, participium enim passiuum 'laccessitus' (*conf. Prisc. ib. 470, 13 [= fr. 101] et 480, 14*); Caper tamen 'laccessi' dicit esse ut 'facessi', et profert exemplum Lucilii quo usus est in XIV (478 M):  
Nam uetus ille Cato † laccessisse appellari quod  
Consciis non erat ipse sibi?  
*Haec in scriptis Pseudoprobianis non leguntur.*
- 
- XCVIII. DIOMEDES GL I 377, 21 K: Sunt quaedam uerba r littera terminata ex diuersa positione deriuata, quae eadem sortiuntur perfecta, ut pandor panderis; exigebat analogia ut pansus dicamus, sed passus dicimus, ut Vergilius (*Aen. I 480*):  
crinibus Iliades passis:  
item patior, pateris passus sum. uertor uerteris uersus sum, ut  
(*Aen. IX 609*): uersaque iuuenicum  
terga fatigamus hasta:  
item uerror, uerreris uersus sum, Vergilius (*Aen. I 478*):  
et uersa puluis inscribitur hasta.  
melius est enim tracta intellegere quam inuersa. (*conf. Seruii adn. ad h. uers.*)
- XCIX. GELLIVS XV 15  
'Passis uelis' et 'passis manibus' dixisse ueteres non a uerbo suo quod est 'patior', sed ab alieno quod est 'pando'. (*cf. p. 149*)
- C. PRISCIANVS GL II 519, 21 K: 'Cedo' etiam 'cessum' et 'pando' 'passum' faciunt. quamuis etiam a 'patior' et a 'pateo' 'passum' dicimus. unde Vergilius in III (263):  
At pater Anchises passis de litore palmis,  
idem in I (480):  
Crinibus Iliades passis peplumque ferebant. (*p. 150.*)
- CI. DIOMEDES GL I 373, 23 K: occino occini. est enim cano cecini: in compositione, quia (non) iteratur, amittit unam syllabam. sed Sallustius dicit in primo historiarum (I 135 Maur.): 'iussu Metelli cornicines occanuerunt'. (*cf. fr. 109.*)  
2 quia non iteratur *Keil* quia iteratum *libri.*



PRISCIAN. GL II 535, 14 K: similiter 'quaeso quaesi'; 111. (STEV  
Probus tamen 'quaesiui' dicit, et melius, quamuis primitiuum p. 187)  
quoque eius, id est quaero, 'quaesiui' facit praeteritum.  
*cf. Probi cath. GL IV 39, 19 K.*

PRISCIAN. GL II 535, 20 K: 'pinso pinsui' facit praeteritum, 112. (198)  
quod Probus usu Pomponii comprobat (*p. 306 R<sup>3</sup>*):  
neque malis molui neque palatis pinsui.

3 malis Ribbeck, molis RBDH et ex moles corr. K moles GL.

*Hoc in scriptis Pseudoprobianis non legitur.*

PRISCIAN. GL II 539, 1 K: 'fulcio fulsi' quod et Probo 113. (198)  
placet, quamuis alii differentiae causa 'fulxi' posuerunt.

*Hoc in scriptis Pseudoprobianis non legitur.*

PRISCIAN. GL II 541, 18 K = fr. 99. 114. (198)

#### VII. DE ORDINATIONE DICTIONVM

SERVIVS ad Aen. III 3 = fr. 17. 115. (109)

*cf. schol. in Pers. sat. I 45: 'scribo' praesentis est, 'exit' similiter, unde  
posteriorem syllabam non dubito Persium doctissimum hominem dixisse  
correpte, quamuis quidam producant eam et uerbum praeteriti temporis  
faciant. cf. schol. ad sat. I 61 (Nonius 217 M).*

DIOMED. GL I 373, 1 K: Piso pisas. et est apud Persium CII.

ambiguum (*I 58*) 'a tergo ciconia pisat' an 'pisit' legendum sit.  
sed apud ueteres reperimus etiam n littera addita pinso, quod  
est tundo et pinsit secundum tertium ordinem, ut Ennius  
decimo annalium (*p. 62 V*): 'pinsunt terram genibus.' 5

huius perfectum pinsui, ut apud Pomponium (*p. 306 R<sup>3</sup>*): 'cum  
interim neque malis molui neque palatis pinsui'. participium  
erit pinsens; item pinsurus et pinsus et pinsendus. (*p. 56.*)

8 item pinsens participium erit pinsurus *libri.*

*conferas SERVIVM ad Aen. I 179: Pinsere autem dici Persius probat  
ut 'a tergo quem nulla ciconia pinsit'.*

GELLIVS I 7

CIII.

In hisce uerbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem 'hanc sibi rem prae-  
sidio sperant futurum' neque mendum esse neque uitium, errareque istos  
qui bonos libros uiolant et 'futuram' scribunt; atque ibi de quodam alio  
Ciceronis uerbo dictum, quod probe scriptum perperam mutatur; et aspersa  
pauca de modulis numerisque orationis, quos Cicero auide sectatus est.  
(*p. 124.*)

GELLIVS I 16

CIV.

Quod uerba istaec Quadrigari ex annali tertio 'ibi mille hominum occiditur'  
non licenter neque de poetarum figura, sed ratione certa et proba gram-  
maticae disciplinae dicta sunt. (*p. 125.*)

QVINTILIAN. inst. or. I 4, 26: quaerat (grammaticus) etiam CV.

sitne apud Graecos uis quaedam sexti casus et apud nos  
quoque septimi. nam cum dico 'hasta percussi' non utor  
ablatiui natura, nec si idem Graece dicam, datiui. (*cf. fr. 14.*)

116. (STEVP P. 180) SERVIVS ad Aen. VII 421: FVSOS PATIERE LABORES  
 Probus de temporum conexione libellum composuit, in quo docet, quod cui debeat accommodari. ex quo intellegimus hanc quam fecit arduam esse conexionem: nam 'patiere' futuri temporis est, 'fusus' uero participium est praeteritum. dicit autem: patieris ut tot tui labores fundantur in cassum, id est in irritum cadant? incassum autem tractum est a cassibus, id est a retibus.

3 quod LHM: quid ASRF cod. Lips. m. 2 5 dicit autem] est autem sensus ASRF cod. Lips. m. 2 6 patiere ASRF cod. Lips. m. 2

117. (94) SERVIVS ad Aen. I 441 = fr. 14.  
 118. (185) POMPEIVS GL V 182, 30 K = testim. 30.  
 119. (107) SERVIVS ad Aen. III 83 = fr. 18.

VIII. DE PROPRIO SERMONE LATINO CONSVETVDINI  
 VVLGARI OPPOSITO

120. (102) SERVIVS ad Aen. XII 605 = fr. 42.
- 
- CVI. SERVIVS (auct.) ad Aen. I 343: DITISSIMVS AGRI ueteres addebant cuius rei diues, ut (A. IX 26) 'diues equum'.  
 2 diues ut diues equum Thilo diues aequum C diues et diues equum C. m. 2
- CVII. SERVIVS (auct.) ad Aen. IX 26: DIVES EQVVM per genitium frequentius utimur hac figura, quam per ablatiuum. sane hic secutus ueteres cuius rei diues addidit, cum alibi subtraxerit ut (IV 236) 'diues quae munera Dido' et (VII 11) 'diues inaccessos ubi Solis filia lucos'.
- CVIII. GELLIVS I 22  
 An, qui causas defendit, recte Latineque dicat 'superesse se' is quos defendit; et superesse proprie quid sit. (p. 131.)
- CIX. GELLIVS VII 16  
 Verbum 'deprecor' a poeta Catullo inusitate quidem, sed apte positum et proprie; deque ratione eius uerbi exemplisque ueterum scriptorum. (p. 138.)
- CX. GELLIVS VI 11  
 Neque leuitatem neque nequitiam ea significatione esse, qua in uolgi sermonibus dicuntur. (p. 136.)
- CXI. GELLIVS X 24  
 'Die pristini', 'die crastini' et 'die quarti' et 'die quinti' qui elegantius locuti sint, dixisse, non ut ea nunc uolgo dicuntur. (p. 141.)
- CXII. DONAT. ad Phorm. I 1, 2<sub>2</sub>: HERI AD ME VENIT propter cognationem E et I litterarum non dubitauerunt antiqui et here et heri dicere et mane et mani et uespere et uesperu. (p. 142.)
- CXIII. GELLIVS IX 14  
 Quod idem Quadrigarius 'huius facies' patrio casu probe et Latine dixit; et quaedam alia adposita de similibus uocabulorum declinationibus. (p. 140.)

IX. DE VSV VERBORVM

- DONAT. in Phorm. I 3, 3<sub>1</sub> = fr. 48. 121. (STEVV  
p. 97)  
SERVIUS ad Aen. VI 473 = fr. 23. 122. (108)  
DIOMEDES GL I 365, 9 K: praefoco praefocani Probus 123. (199)  
quasi nouam uocem miratur. angit enim ueteres dicebant, ut  
Vergilius (*Aen. VIII 260*):

et angit inhaerens,  
Lucilius tamen ait (*1162 M*):  
et suffocare lacunas  
conatur.

6 lagunas *M* = *Monacens.* laguna *B* = *Parisin.* 7493

- EXCERPTA EX COMM. IN DON. (ex codice Lauantino 24) 124. (183)  
GL V 325, 25 K: Sed Valerius ait consuetudinem anti-  
quitatis etiam fuisse, ut paene alios sermones tunc dicat fuisse  
aliosque nunc. sed per fisicam similitudinem attulit dicens  
1 Valerius] *cf. GL I p. LIV, GL IV p. XXIV, adnot. ad Diom. GL I 400,*  
*8 K (uid. p. 56)*

SERVIUS ad Aen. VI 320: VADA LIVIDA nigra. et CXIV.  
'liuidum' inuidum non nisi apud neotericos inuenimus: Lu-  
canus (*I 288*) 'liuor edax tibi cuncta negat gentesque sub-  
actas'. (*cf. frgm. 42 et p. 143 sqq. ad Gell. XIII 27.*)

SERVIUS ad Aen. VI 187: SI aduerbium rogantis et op- CXV.  
tantis est per se plenum, sicut et 'o', quamquam neoterici  
haec iungant et pro uno ponant: Persius (*II 10*): o si ebulliat  
patruus, praeclarum funus! et o si.' (*uid. ad frgm. CXIV.*)  
1 rogantis et om. *FGAS 3 uno RH una FGASM*

SERVIUS ad georg. IV 122: sane hic cucumis huius cucumis, CXVI.  
declinatur, sicut agilis, secundum idoneos; nam neoterici 'huius  
cucumeris' dixerunt sicut 'pulis pulueris'. (*uid. ad frgm. CXIV.*)

SERVIUS ad Aen. XI 590: . . . et neotericum putatur ipsum CXVII.  
'sagittam ultricem'. (*uid. ad frgm. CXIV.*)

DIOMEDES GL I 400, 8 K: sed iniecit postera aetas manum CXVIII.  
et ueluti disciplinam pristini saeculi ita et sermonem fastidire  
coepit et noua uelut parturire uerba, quae iuuenum ritu ipsa  
modo florent et uigent, ut ait Horatius (*de a. p. 60*):

ut folia in siluis pronos mutantur in annos, 5  
prima cadunt ita [et] uerborum uetus interit aetas,  
et iuuenum ritu florent modo nata uigentque.

5 mittantur *excerpta cod. Paris. 7530* 7 uigentque *A = Paris. 7494 B un-*  
*gentque M.*

A. MAI, class. auct. t. V. p. 151: AVCTORES ALIQVOT A CXVIIIa.  
GAINFREDO GRAMMATICO LAVDATI: Terentius gram-  
maticus. De consuetudine quae nunc est Terentius dicit: nihil  
est quod dictum prius. sed iniecit: postrema aetas mundi, ut

'postera' inquit 'aetas mundi ut disciplinam pristini saeculi ita et sermones fastidire coepit et noua parturire uerba, quae iuuenum ritu ipsa modo florent et uigent. qui etiam Horatium (*de a. p. 60*) dixisse ait 'ut siluae flores pronos mutantur in annos et prima cadunt, ita uerborum uetus interit aetas et noua iuuenum ritu florent modo nata uigentque'. et rel.

2 fastidiare *cod.* 5 uetus . . rat aetas *cod.* 6 florent motat augentq: et rl' *cod.*

125. (STEVP DONAT. in Phorm. II 3, 25<sub>2</sub> = fr. 49.  
p. 98)

DVBIA

126. (106) [SERGII] EXPLANAT. IN DON. LIB. II. GL IV 557, 16 K: Fuat ponitur pro fuerit futuri temporis: Vergilius (*A. X 108*) 'Tros Rutulusue fuat, nullo discrimine habebō'. ab eo quod est fatur facit futurum tempus fabor adfabor adfabar, ut est (*A. III 492*) 'lacrimis adfabar obortis'. facio facit conficio. Probus non posuit suffero.

*cf. Pomp. GL V 240, 34 K; Diom. GL I 372, 2; 380, 11 K. Cathol. GL IV 39, 6 K. Diom. GL I 361, 27 K; Charis. GL I 261, 23 K; cf. Cornutus GL VII 151, 16 K. (p. 154 et adn.)*

127. (182) [SERGII] EXPLANAT. IN DON. LIB. I. GL IV 560, 1 K: Arcessi potius quam arcessiri dicendum esse satis aperte mihi uideor ostendisse. †rebus in ea ratione ait arcesso esse quasi 'arceo cessare'.

2 'fortasse Probus noua ratione ait' *Keil.*

disciplinam pristini saeculi, ita et sermonem fastidire coepit et noua parere uerba quae iuuenum ritu florent et uigent.

*Hagen, Anecd. Heluet. p. CXXXIV: 'Haec non esse uerba Terenti, id quod suspicatus est Maius, sed Valerii Probi demonstrant GL V 325, 25 = Diom. 400, 8 K.'*

- CXIX. DONAT. in Andr. I 1, 41<sub>1</sub> = fr. XXI.  
CXX. SERVIVS (auct.) ad Aen. I 25: NECDVM ETIAM aduerbium temporis. quis ante hunc? (*cf. frgm. 125.*)  
CXXI. SERVIVS (auct.) ad Aen. X 676: 'miserescite' autem quis ante hunc? ab eo quod est miseresco et miserescimus.  
CXXII. SERVIVS (auct.) Aen. X 835: ADCLINIS quis ante hunc?  
CXXIII. SERVIVS (auct.) ad Aen. X 838: 'Propexam' autem quis ante hunc?  
CXXIV. SERVIVS (auct.) ad Aen. XII 351: PRO TALIBVS AVSIS quaeritur quis ante hunc 'ausis' dixerit.  
CXXV. SERVIVS (auct.) ad Aen. XII 517: quaeritur sane quis primus 'exosum' pro peroso dixerit.  
CXXVI. SERVIVS (auct.) ad Aen. XII 619: INLAETABILE MVRMVR quaeritur quis 'inlaetabile' dixerit?